
3

CONCIO EGREGIA ET CATHOLICA, CVR TAM MVLTI *hodiè ad Luteranismum deficiant: vtq́; hisce calamitosis temporibus, aduersùs satanæ tentationes, quibus is fidem oppugnat, resistendum sit:*

HABITA ATQVE EDITA *Germanicè Anno 62. ab Martino Eisengrein Stutgardien. Ingolstadij ad D. Mauricium Parocho: Latinè autem conuersa opera F. Laurentij Surij Carthusiani.*



3

COLONIAE
Apud Maternum Cholinum,
Anno M. D. LXIII.

CLARISSIMO I. DOCTORI D. *Godefrido Groppero, Illustrissimi Principis Iuliacen. Cliuen. &c. Consiliario, Domino ac Patrono suo colendissimo,* S. P. D.



Abet hîc Tua Dignitas, spectatissime D. Doctor, amice & patrone haud vulgaris, hominis docti & Catholici opusculum, non ità grande quidē, sed quod meo iudicio, breuitatem suam multiplici vtilitate facilè compenset. In quo Author ipse, qui illud Germanicè conscripsit, magna industria, pariq́ue dexteritate ob oculos ponit Lectori insidiosissimos istorum nouorum dogmatistarum & concionatorum conatus, quibus illi noctes atque dies nituntur homines ab vnitate corporis Christi in monstrosas & lubricas, miraq́ue inter se varietate pugnantes sectas suas pertrahere: idq́ue sub splendido verbi Dei & Euangelij prætextu: quæ istis in supremis quidem labris semper natant, sed à tota viuendi ipsorum ratione longissimè absunt. Neque enim hoc eis studio est, vt sint Euangelici, sed vt hoc titulo sese venditent imperitis, eosq́ue incautos nihilq́; sibi à viris Euangelicis metuentes, in fraudem citiùs impellant. Quas verò hîc illi non adhibent artes, machinas, dolos, vt miseris persuadeant

hactenùs in tenebras retrusum, iam ab ipsis in lucem reuocari sacrosanctum Euangelion? Et vt eius rei fidem passim omnibus faciant, quot illi scripturæ loca proferunt? quàm nihil nisi scripta diuina crepant? Scriptum est enim, inquiunt: perindè vt satanas ad Seruatorem nostrum. Sed qua fide & synceritate satan aduersùs Dominum scripturas citauit, eadem etiam contra Ecclesiam Catholicam citant eas illius administri. Quasi verò vllum vnquàm possit extare tam impium & execrabile dogma, cui adstruendo versuta hominum ingenia non possint quædam scripturæ diuinæ loca, vi adhibita, manuque iniecta, accommodare? Indè adeò ausus est Luterus istorum omnium parens, Sacra Biblia appellare librum hæreticorum: videlicèt quòd hæretici sacris literis se vel maximè tueri, & in animos hominum blandiùs insinuare soleant. Neque enim nesciunt non facilè se habituros, qui ipsis noua adferentibus subscribant, nisi mendacijs suis diuinæ veritatis prætexant authoritatẽ. Ità ergò scelesti illi scripturas scripturis oppugnant, non quòd inter se scripturæ pugnẽt, sed quòd cogant illi scripturas ipsorum deterrimis erroribus præbere patrocinium, in alienum planeq; repugnantem detortæ sensum. Iactitent igitur

quan-

quantùm volent Euangelium, verbum Dei, puram doctrinam: nunquàm tamen rectè sapientibus persuadere poterunt se aliud esse, quàm impuros & flagitiosos hæreticos: tanto quidem magis fugiendos & detestandos, quanto detestabilius est mendaciũ, quod veri ementita specie, dum non sentitur, atrociùs & exitialiùs sauciat nihil minùs suspicantes. O credulum nimis mortalium genus, ad cætera quidem pleraque omnia huius vitæ vel captanda commoda, vel incommoda declinanda non prorsùs stupidum: in ijs solis quæ ad animam pertinent, & in omnem sese porrigunt æternitatem, cæcum planè ac stolidum. Existunt hæretici, spargunt noua dogmata, immò horrendas vomunt blasphemias ferro & flammis vindicandas: & eccè tibi vbiquè turbam credulam, incunctanter, intrepidè, immò & procaciter atque confidenter eas amplectentem, perindè quasi religio Christiana non nisi ludus quidam sit, in quo liceat subindè aliam sumere personam, & in diuersas mutari formas. An non verò hîc summa oportebat vti deliberatione, probare spiritus vtrùm ex Deo sint, consulere rectiùs sapientes, nihil temerè credere, suspecta habere noua omnia: non instàr paruulorũ fluctuare, & circunferri omni vento doctrinæ, in nequitia hominum,

in astutia ad circumuentionem erroris? Proh pudor, tam nihil esse rationis in hominibus, qui ratione vel maximè à brutis animantibus separantur. Interim tamen benè habet, quòd non omnes hac ducuntur animi leuitate ac temeritate. Cognouit enim Dominus, qui sunt eius: & hos non euertet nec ipsius Luciferi exercitatissima supplantandi & fallendi versutia. Ad hos verò etiã illi pertinẽt, qui hæreticorum fraudulenta simulatione pellecti quidem in errores, non tamen illis penitus sese dedunt, sed vbi fraudem persentiscunt, resiliunt, & ad castra Ecclesiæ Catholicæ sese ex animo recipiunt. Fatendum est enim, plerunquè ea arte & calliditate vti hæreticos, præsertim maioribus ingenij & doctrinæ copijs instructos, vt difficilimum sit illorum fraudibus neutiquàm implicari. Neque enim frustrà S. Apostoli tantoperè monuerunt hæreticos deuitandos. Serpit enim, dum latet, perfidia. Sed nunquàm diuina gratia deserit suos. Labuntur in errorem plerunquè etiam electi, sed non patitur Spiritus Christi eos permanere in errore. Itaque etiam tales, postquàm ad sanitatem rediêre, non raró plurimùm conferunt tum illis, qui humana infirmitate prolapsi sunt: tum illis, quos diuina clementia seruauit nè laberentur. Exempli causa

pro-

proferam, cæteris omißis, huius libelli authorem, mihi quidem nec de facie notum, sed quem scriptum isthuc testetur virum pium & eruditum. Fuit is aliquandiù errorum nexibus implicatus. At, quæ Dei est benignitas, rediјt ad sese florenti adhuc ætate, erroribus nuncium remisit, factus est ex animo Catholicus, & suo exemplo admonet alios, vt qui stant, videant nè cadant: qui lapsi sunt, non seipsos desperent, sed in viam redeant, & ab illa horrenda morte resurgant. Edidit idem ipse Concionem hanc, quam ego haud scio num quisquam satis commendare queat: nec dubito quin breuì plura editurus sit, quibus pro sua virili consulat tum sanis, tum sauciјs. Nolim ego hîc viri optimi encomiasten agere, nè non tam veritati quàm adulationi studuisse videar. Mihi quidem hoc non paruam attulit voluptatem, quòd eum percepi ab hæreticis ad Catholicos reuertisse: adeoque libèns hanc eius egregiam sanè Concionem Latinè vertendā suscepi, vt poßit quamplurimis prodesse, & hæretici tanto magis pudefiant, quòd vident suos dolos & malas artes adeò iam detegi & in lucem proferri, vt ab illis deficiant non parùm multi, etiam haud mediocriter eruditi. Eam verò meam qualemcunque opellam T. D. Celeberrime D. Doctor, nuncupatam

tam volui, planè mihi persuadens, non omninò ingratam eam illi fore. Notus est omnibus candor tuus & morum comitas, aliæque permultæ egregiæ animi dotes, quas ego possem fusiùs psequi, nisi à mea consuetudine eiusmodi laudandi studium abhorreret. Hoc vnum oro, vt T.D. meam hanc exiguam licèt operam, non tamen ab exigua gratificandi voluntate profectam, æqui boniq; consulat, meque sibi, ità vt solet, habeat commendatum.

Ex cellula mea Carthusiana, 4. Martij, Anno LXIII.

T. D. addictissimus clientulus,

F. Laurentius Surius Carthusianus

EVANGELIVM PRIMA QVADRAGESIMAE DOMINICA, INVOCAVIT,

Matthæi 4.



Nillo tempore: Ductus est Iesus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cùm ieiunâßet quadraginta diebus & quadraginta noctibus, posteà esuriyt. Et accedens tentator, dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondēs, dixit: Scriptum est, Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam Ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum Deu. 8.

templi, & dicit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsùm Scriptum est enim: Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, nè fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursùm: Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterùm assumpsit eum diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade satana: scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & eccè angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Expla-

EXPLANATIO EIVSDEM EVANGELII, EX QVA *discere liceat, quamobrem hac tempestate tam multi à Papatu ad Luterismum deficiant: & vt maligni dæmonis tentationibus sit obluctandum.*

EVangeliũ huius diei, quod iam de verbo ad verbum vobis meo ore recitatum est dilectissimi, certamen quoddam & pugnam depingit, qua inter se conflixêre in deserto duo strenuissimi atq; audacissimi dynastæ: putà filius Dei, & princeps mundi huius. Atq; tametsi princeps huius mundi teterrimus satan Dominum ac Seruatorem nostrum prior aggressus est, idq́; tribus modis, at tamen in qualibet tentatione eum in modum à Domino superatus

& profligatus eſt, vt cum dedecore & ignominia pedē referre coactus ſit. Quanuìs autem illum egregiè ſanè Dominus cōfecerit, & caput illius contriuerit, nihilo minùs ſemper inſtaurat pugnam, contritumque verticem rursùs ſubrigere conatur: cumq; de Chriſto Domino nullam ſibi poſthàc victoriam polliceri auſus ſit, nos miſeros inceſſit & appetit, qui Chriſti membra ſumus, ijſdemq; quibus olìm Dominum Seruatorem caput noſtrum, tentationibus pulſat.

Chriſtum quidem principiò de gula tentauit, cùm diceret: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Deindè de ſuperbia & vana gloria, dicens: Si filius Dei es, mitte te deorsùm. Poſtrèmò impugnauit eum auaritia, dum ait: Hæc omnia

omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Ijsdem planè rebus hodieq́ue nos miseros oppugnat, dum in terris degimus. Vt enim apud D. Iohannem legere est, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia vitæ. Idem quoquè pugnæ genus, callidus serpens in paradiso cum primis parentibus nostris Adamo & Eua suscepit, sed illos hisce tribus vitijs appetitos euertit, & in suam ditionem redegit: Gula quidem, cùm hortaretur, vt vetitæ arboris fructu vescerentur: Superbia verò, cùm dixit, Eritis sicut Dij. Ad extremùm Auaritia, vbì ait, Scientes bonum & malum. Nanq; teste Augustino, Auaritia, quæ φιλαργυρία dicitur, non in so-

1. Iohan. 2.

Gen. 3.

Lib. 3. de libero arbitrio, cap. 17.

lo argento, vel in nummis, vndè magis nomẽ duxisse resonat, (argento enim nummi, vel mixto argento frequẽtiùs apud veteres fiebant) sed in omnibus rebus, quæ immoderatè cupiuntur, intelligẽda est, vbicũquè omninò plus vult quisq; quàm sat est.

Quandoquidem ergò tartareus dæmon ijsdem rebus nos tentat, quibus Christum Dominum impugnauit, & primos parentes nostros Adamum & Euam vicit, summa quidem & ineuitabilis id deposcit necessitas, tametsi Christus, vt hodiernum docet Euangelium, vires eius admodùm elisit ac debilitauit, vt nos nihilo minùs pro se quisque, conuenientèr Christi exemplo remis velisq; eam in curam summoperè incumbamus, quo ill- resista-

resistamus, nisi illius laqueis, quos ille nusquàm non tetēdit, irretiri, atque in eius potestatem venire velimus.

Quod idem docet nos Seruator in hodierno certamine & pugna suoipsius exemplo. Vt enim interdùm athletæ vel palęstrici, quô artis suæ discipulos non verbis tantùm instituant, quemadmodùm cum Antagonista suo rem gerere, ictus declinare & auertere debeant, data opera in palæstris cum alijs certamen exercent, discipulis inspectantibus, vt tum oratione, tum exemplis pariter instruantur ac erudiātur, quodq́; auribus consequi nequeunt, oculis appræhendant: ità & Christus in hodierno sese comparauit Euangelio. E summa ille cælorum arce in terras ea

Vide Chrysost. Homil. 13. in 4. cap. Matth.

Matth.12. Luc.11. causa demigrârat, vt fortem armatum, mundi huius principem de-
1.Iohan.3. bellaret & alligaret, quin & profligaret ac eijceret, & vt D. Iohannes ait, opera diaboli dissolueret, primò quidem per seipsum, deindè etiàm per nos. Itaque ad eiusmodi conflictum non verbis duntaxat, sed suo etiàm ipsius exemplo nos erudiuit. Atque eam ob rem ordinè nos, sicut textus Euãgelij commemorat, inspicere & expendere iam volumus, quî tandèm & quibus de rebus malignus satan Christum Dominum tentârit, & vt à Domino victus sit: quô nos etiàm eundem in modum in his atque id genus alijs maligno illi hosti dum nos impugnat, obluctari, ex eoque palmam referre queamus.

Porrò cùm hoc temporũ statu

vix vlla alia de re teterrimus dæmõ acriùs nos tentet & incessat, quàm de sacrosancta fide & religione Christiana, à qua ille nos per apostolos & legatos suos, quos multos & multigeneres in omnes penè Christiani orbis regiones dimisit, perquã auertere cupit: nos in præsens alijs argumẽtis omnibus postpositis, ex hodierno Euangelio id solum considerandum suscipiemus, vt satã nequissimus nos quotidiè adhuc per suos administros, perindè vt Dominum hodiè in Euangelio per seipsun, pertentet & impugnet, nec vllum prętermittat studiũ ac operam, quô nos vel tandèm eò adducat, vt Catholica Christi Ecclesia deserta, in illius sectas & factiones concedamus: tum etiàm, quo pacto eiuscemodi sata-

nę tentationibus exemplo Christi & possimus & debeamus reluctari.

1. Tentatio & pugna Satanæ cótra Christum.

Primam tentationem, qua diabolus Christum appetijt, Textus Euãgelij hodierni his verbis complectitur:

Et cùm ieiunnsset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, posteà esurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.

Persuasum habuit bestia versipellis, cùm tam diuturno Dominus ieiunio continentèr sese maceràsset, atque propterea fame vrgeretur, tanto faciliùs ab illo se victoriam reportaturum. Nam qui tot dies omni se cibo abstinuit, illi sanè non iniucunda fuerit cibi potusque mentio, facileque edendi appetentia in eo excitari queat.

Sed

Sed ſua illum fefellit ars, quantunuìs vel plùs mille artifex ſit. Chriſtus enim ceu magnanimus quidã & bellicoſiſſimus athleta oppoſuit ſe illi, arreptiſq́ue contra illum armis, vicit eum fortiſſimè, dum nec in minimo illi cedit: immò verò vna ex ſacris Biblijs prolata ſententia adeò illius os opprimit, vt nec progredi, nec retrocedere iam poſſit.

Scriptũ eſt, inquit: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Matth. 4.

Vt ergò Dominũm Ieſum teter ille cacodæmon aggreſſus eſt & oppugnauit, ità in hodiernũ vſq; nos eius ſatellites & adminiſtri aggrediuntur: atque vt Chriſtus diabolo reſtitit, ſic etiàm nos eius adminiſtris reſiſtam⁹ oportet, modò

nè per

nè per illos in hæreſes & errores abduci velimus. Hac enim ex parte non multo minùs verſuti & veteratorij illi ſunt, quàm eorum præceptor & magiſter diabolus: qui Dominum de gula tentaturus, tantiſpèr diſtulit, donec pro comperto haberet illum eſurire. Itidèm illius ſatellites, dum nobis perſuadere cupiunt, vt à Catholica fide deſciſcamus, non ſubitò ac impremeditatò rem aggrediuntur, ſed ſuam accuratè aucupantur & ſuſtinent opportunitatem, atq; eiuſmodi rebus & argumentis nos appetunt & adoriuntur, quæ haud ignorant etiàm per ſe ſua ſponte nobis iucũda & plauſibilia fore. Famelico haud difficultèr perſuaſeris, vt illi edere libeat. Non id latebat diabolum. itaque gulę illecebras Chriſto

appo-

apponere inſtituit, fame laboranti. Itidemq́; non ignorant eius adminiſtri impoſtores concionatores, ſenſum & cogitationem humani cordis in malum prona eſſe ab ado- Gen. 8. leſcentia ſua, quod ſcripta diuina aſſerunt: atque eam ob rem bellè admodùm naturæ conditioni humanæ ſeſe accommodant, aures prurientes blandè ac mollitèr ſcalpunt, atque ijs duntaxat rebus ho- 2. Tim. 4. mines tentāt, in quos alioquì ſuopte ingenio ꝓpenſi & auidi ſunt. Cui, oro, quanuìs perdito & improbo, non adlubeſcat dogma illud, Solam fidem iuſtificare, opera nedùm nullam adferre vtilitatem, ſed etiàm pernicioſa eſſe ad ſalutē, quod Nicolaus Amſdorffius in peculiari quodam libello aſſerit? Quis tam ſit iners, piger ac deſidioſus

Luter. de Christiana libertate. Eccleſiarū Saxonicarū miniſtri contra Georg. Maiorem.

Luter. in Articulis à Par: Gens. Theologis damnatus.

ſus, qui non lubèns audiat Chriſtianum hominem nulla lege teneri, eſſe omni lege ſolutum & liberum: non obligari eum ad ſeruandam legem, ſiquidem impoſſibile eſſe vt eam ſeruet, quemadmodùm noui Euangelici prophetæ docere & ſcribere non dubitârunt?

Quis diſſolutus, perditus, & ab omni pœnitentia remotus, non totis animi viſceribus optet verũ eſſe, quod hactenùs ex nouo Euãgelio depromptum, aſſertum & ſcripto palàm comprehenſum eſt, Errorem pernicialem eſſe, ſi quis ad cœnam Domini fidentiori & tranquilliori animo accedat, quòd confeſſus ſit errata ſua, quòd nullius ſibi culpę grauioris conſcius ſit, quòd per preces & alia pietatis exerci-

Luter. Sermone de præparatione ad Euchariſtiam. Et in Aſſer. 2. Articul. Item Phil. in 11. cap. ad Roma.

exercitia ſeſe præparârit: Nam qui ſic affecti ſint, eos ſibi iudicium manducare & bibere: porrò quo quis ſit magìs ſceleribus & flagitijs coopertus, eo illum preparatioré magisq́ue idoneum & dignum accedere?

Cui improbo & ſcelerato nebuloni nō ſit iucūda & plauſibilis concio, Confeſſionem ſacramentalem, quam auricularem vocant, eſſe rem ſuperuacaneam: nihil neceſsè eſſe ſacerdoti peccata omnia, quorum quis meminerit, ſpeciatìm edicere & explicare: id quod noui Euangelici præcones publicitùs editis libris affirmârunt, nec adhuc docere deſinunt?

Luter. in Reſolut. & De decem leproſis Melanchthon in locis Commun. de Confeſſione.

Quis populi ſeductor & ſeditioſus, qui accitus legitimè non ſit, ſed ipſus ſeſe ingeſſerit, eam do-

ctrinam non æquis ferat auribus, in nouo Testamento nullum esse verum, visibile, externum sacerdotium, sed Christianos omnes esse sacerdotes, posse ligare, soluere, & clauium ministerio vti, sicut apud sectarios in praxim deductum est, palamq; docetur?

Luter in lib. de Abroganda Missa ad Senatum Pragens. De captiu. Babylo.

Cui furi, latroni, prædoni, incẽdiario, dum carnificis tenetur officina & custodia, non sit in votis, dogma illud Euangelij loco recipi toto orbe terrarum, quod isti præclari Euangelistæ adferunt, omnia tam mala quàm bona, ineuitabili & absoluta necessitate fieri? itemq; Deum causam esse scelerum (proh nefas) non solùm permissiuè, sed etiàm effectiuè, ità vt proditio Iudæ nõ minùs fuerit opus Dei, atquè Pauli conuersio?

Luter resolut. Artic. 36 in Assertion. Philip. in Annota. ad Roma.

Ecquis

Ecquis verò tandèm commemorandis om̃ibus satìs esse queat, quibus nos teterrimus cacodæmon per suos administros & Apostolos appetijt & tentauit? Interìm tamẽ, vt Dominum Iesum non priùs de gula tentare instituit, quàm is diù satìs ieiunio affectus esuriret: sic etiàm erga nos suam operitur commoditatem & occasionem rei prosperè gerendæ: cumq; omnes eius conatus eò ferè spectent, vt à charissima parente nostra, Christi Catholica Ecclesia, nos separet & auellat: ijs tantummodò rebus nos appetit & pertentat, ad quas alioquì procliues & promptuli sumus, vt tanto minori negocio nos propellat in ruinam.

Neque tamen hoc contentus fuit serpens ille versipellis, vt expe-

ctaret donec Christũ cerneret fame laborantem, ac tum demùm illum tentaret, ijsq; rebus incesseret, quas ille, vtpotè qui cùm Deus esset verus, etiàm veram assumpserat humanitatem, naturæ quadam ꝓpensione lubentèr ac cupidè amplecti potuisset: sed alia insupèr vsus est maiori versutia & calliditate erga Dominum in huius diei Euangelio, eodemq́ue hodieq́ue per suos satellites vtitur erga nos.

Non ille quidem hortatus est Dominum Iesum, vt sibi ex lapidibus præclarum & insigne aliquod edulium cõficeret, sed panem tantùm. Vt enim de illo diuinis est literis annotatum, erat serpens callidior cunctis alijs animantibus. Ergò etiàm hîc incipit à minimo, idq́; non eo duntaxat nomine, vtì

Genes. 3.

nè

nè agnoſcatur, ſed etiàm quòd eam iam ſpem conceperat, ſi quidem Chriſtum initiò in re exigui momenti ſuperare poſſet, etiàm in reliquis facilè ſe victoria potiturum, & Chriſtũ ad alia grauiora impulſurum.

Eadem omninò ratione faciunt pſeudoprophetæ omnes, hæretici omnes, & quotquot ſunt noſtro æuo impoſtores dogmatiſtæ. Non illi primo aditu tam inſulſè & præter rationem ac impotentèr irrumpunt, vt nobis dicere auſi ſint, ſecedite ab Eccleſia Catholica, deſerite & abiurate fidẽ illam, in qua hucuſq; ſancti omnes, continentes & virgines, religioſi, Leuitæ & ſacerdotes, tot confeſſorum millia, innumera Martyrum frequentia, qui Euangelio ſui ſanguinis teſtimo-

nium reddiderunt, tam ingens copia vrbium, vicorum & pagorum, tot insulæ, regiones, reges, populi, regna, prouinciæ, deniq; totus terrarum orbis cum omnibus dulcissimis parẽtibus, probis & pijs Maioribus felicitèr vixerunt, & absq; dubio gaudia sempiterna & regnũ cęleste consecuti sunt. Non sunt illi, inquam, tam nullo sensu præditi, vt hoc pacto rem gerant: hô-runt agere cõsideratiùs: initium faciunt in re exigua nulliusque momenti, quæ non admodùm referre videatur: ea verò obtenta & impetrata, reliqua omnia cumulatìm sequuntur.

Hoc cõsilio in huius diei Euangelio versutus satan Dominum aggressus est: hoc consilio nos quoq; satanici prophetę, qui nos ad defe-ctionem

ctionem inducere percupiũt, hodieq; pertentant. Nam, vt de illis apostolus testatur, eiusmodi pseudapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurãtes se in apostolos Christi. Et non mirũ: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. non est ergò magnum, si ministri eius transfigurẽtur, velut ministri iustitiæ. 2.Cor.11.



Cedò, inquiunt, quid noxię habet, si in Quadragesima vescaris carnibus, quandò Deus cibos creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus? Quid incõmodi allaturum est, si sub vtraque specie Cœnam iuxta Christi institutionẽ & primitiuæ Ecclesiæ morem percipias? His atq; id genus alijs, quæ videntur non maximum habere momentum, primò nos tentat cal- 1.Tim.4.

lidiſſimus cacodęmon: atque ſi vel in minimo nos ſuperare, eoq́; adducere queat, vt eius conſilio morem geramus, atq; in vna & altera re, quæ prima fronte non maximi momẽti eſſe videatur, à Catholicæ Chriſti Eccleſiæ more & vſu diſcedamus, iam illi parta victoria eſt, & opportuno tempore, quocunquè velit, nullo negocio in quaſuis exitioſas, perniciales, adeoque & ſatanicas hæreſes inducere nos poterit.

Quamobrem etiàm vir quidam vitæ ſanctimonia & doctrina inſignis, qui noſtris tẽporibus libros edidit, id genus res, quibus initiò diabolus nos tentat, non inconuenientèr cuneo comparauit.
Vt enim cuneus qua parte in lignũ adigitur, tenuis & exiguus eſt, adeò

vt qui eum principiò ad lignum applicari conſpicit, arbitrari queat fieri non poſſe, vt tam grande & craſſum lignum findat:at vbì malleorum ictibus pulſatur, tum demùm res ipſa docet,quæ vis & efficacia ſit illius tenuis & exiguæ pärtis. Nã ſimulatquè ea pars nonnihìl infixa eſt,iam totus reliquus cuneus ſensìm ſubſequitur, & tantiſpèr intrò adigitur, donec grande illud lignum diſtrahatur ac diſſipetur:Eundem in modum accidit in Cœna ſub vtraq; ſpecie ſumenda, in eſu carnium permittẽdo,& eius generis pleriſque alijs,à quibus cacodęmon tentandi ſumit initium, noſq; ad defectionem ſolicitat & impellere molítur, quẽadmodùm erga innumeros hactenùs id illi ceſſit ex animi ſui ſententia. Nam

vbì horum quippiam semèl receptum est, non diù pòst cunei huius pars crassior mox consecuta est, nempè Confessio Augustana, quæ tum sacerdotium, tum augustissimum atq; sanctissimum Missæ sacrificium prorsus aboleuit. Neque hîc tamen constitit satan: secuta est è vestigio alia adhuc etiàm crassior cunei pars, putà Sacramētariorum & Caluini Confessio, quæ duo illa Sacramenta, quę Augustana Confessio reliq̄ fecerat, nēpè Baptismū & veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, tulit è medio: vt quēadmodùm superior illa sectatores suos Sacerdotio & Missę sacrificio: sic ista suos his Sacramētis priuârit: atq; interìm tñ nō minus Luteranos atq; nos catholicos, idololatriæ insimulat & condēnat.
Sed

Sed neq; hîc satìs esse visum est. necdùm infixus cuneus totus penetrauit, necdùm lignũ planè diuulsum est: itaq; res ipsa deposcit, modò lignum priùs integrum penitùs diffindi ac dirumpi debeat, vt pars cunei crassior absque mora impellatur. Id facit Suencfeldius, qui scripturas omnes prorsus remouet, verbi ministeriũ, ceu rem externam reijcit & abrogat, nullis omninò parcit: sed qualem se præbet erga Sacramentarios, eundem se declarat erga Luteranos, & nos catholicos: omnes non alio quàm idololatrarum loco habet & damnat, quandoquidẽ simul omnes infirmis elementis inhæreant: id est, eo nomine eos idololatriæ cõdemnat, quòd se salutem & beatitudinem, scripturis cõfirmati, ade-

pturos ſperent. Atq; hæc quidem cunei huius pars craſſiſſima eſt.

Cernitis igitur, atq; abũdè ex his animaduertitis dilectiſſimi, cunei iſtius primam partem exilẽ ac pertenuẽ fuiſſe: ſed ſimulatquè ſeductorum & pernicioſorum hominum impulſu ſuos cœpit habere progreſſus, mox alias omnes dæmonum præſtigias, vt proh dolor ipſa rei experientia docet, eſſe conſecutas: atq; ità quotidiana didicimus experiẽtia, mox vbì in paucis quibuſdam non maximi momenti rebus ab communi, vetuſto & laudabili Catholicæ Eccleſiæ vſu ac more diſceſſum eſt, abſq; multa dilatione non vnius generis peſtilentiſſimas eſſe hæreſes cõſecutas.

Quiſnam, obſecro, initiò vel in animum inducere potuiſſet, diſputationem hanç fidei & religiõis er-

gô, maximè Sacramenti altaris nomine enatã, tandèm eò euaſuram, q̃ noui iſti Euangelici cõtra expreſſa illa Chriſti verba, Hoc eſt corpus meũ, docere nõ dubitarent, in altaris Sacramẽto verũ Chriſti corpus & ſanguinẽ non adeſſe? Immò verò, cùm illi hãc tragœdiã primò auſpicarentur, nulli ne per ſomnium quidem in mentem venire poterat, illos eouſq; impietatis progreſſuros eſſe: atq; ſanè ſi tum, cùm ꝓtaſin huius fabulæ & tentationis agerent, eiuſmodi blaſphemia vſi eſſent, paſsìm omnes ab illis, tanquàm certiſſimis mali dæmonis nũcijs, ſummoperè ſibi cauiſſent, nec illorum tentatione in vllam ſe defectionem pertrahi ſiuiſſent.

Atquì verò, vt iam antè quoquè dixi, & ſcripta diuina cõmemorãt, erat

erat ſerpens callidior cunctis animantibus: neq; eſt vlla cuiuſquam tanta calliditas, quę ſerpentis illius verſutiæ & arti poſſit æquiparari. Nouit ille, vtpotè non niſi ex meris dolis, impoſturis & malis artibus conflatus & conſutus, ſi ſe talem in ipſo primo aditu exhibeat, qualis eſt in ſeipſo, omnẽ ſeſe operam luſurum.

Enimuerò ſi per ſua membra & artis ſuæ adminiſtros mox prorũpat & dicat, Non eſt iſthuc corpus Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus aſſerüit, ſed eſt tãtùm figura corporis Chriſti, vel tantùm ſignificat Corpus Chriſti: quotuſquiſq;, obſecro, futurus eſt, qui tam impia oratione vtentes ferre velit? quis non illos profligare, & extremo ſupplicio addicere cupiat? Voluit igitur beſtia

ſtia verſutiſſima mortalium pectora ſensìm irrependo ſibi vendicare & occupare, eos pedetētìm ac quadam adhibita mora demētare, atq; ità gradatìm ad extremam tandèm impietatem & blaſphemiam miſeros ſeducere.

Principiò quidem, cùm nulla expeditior & explicatior via ſit ad imperitum hominū vulgus in errorem inducendum, quàm ſi nouus dogmatiſtes aſſeueret dogma ſuū ſacris literis expreſsè fundatū contineri: iam eiuſmodi pſeudopropheta & falſus doctor, verbi Dei ſpeciem quandam prætexens, peculiarē quandā de externis ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſpeciebus litē mouet, vt hoc pacto charitatē, cuius hoc Sacramentum ſymbolum quoddam eſt, ex hominum pectoribus

ribus euellat, & ſcindat concordiã ac vnitatẽ. Hinc iam eò ſe confert, vt perſuadeat miſeris, primò quidẽ ſub vna ſpecie non niſi corpus exangue porrigi: deindè non verum ſanguinem, ſed ſeparatum quendam liquorem vel cruorem potandum exhiberi: videlicet id ſignificare volens, ſub panis ſpecie ſolùm corpus abſq; ſanguine, ſub vini ſpecie ſolum ſanguinem abſq; corpore haberi.

His artis ſuæ machinis cùm ſatan eò iam rem perduxiſſet, vt homines minori deuotione ac reuerẽtia ad venerabile ſacramentũ accederẽt, quòd vita fruſtrà indè ſperaretur, vbì nulla eſſet vita: dein porrò progreſſus eſt, neq; tamen repentè negauit corporis Chriſti in eucharistia veritatem, neq; ꝓtinùs affir-

mauit

mauit, nõ esse illic corpus Christi, sed eam orbi doctrinam attulit, in hoc Sacramento simul & panem & Christi corpus adesse, vt hac ratione Vuiclephi & Hussi iam olìm damnatas hęreses ab inferis excitaret: cùm tamen Christus non dixerit, Hic panis est corpus meũ: sed, Hoc est corpus meum. D. Augustinus in titulũ Psalmi 33. qui talis est, Psalmus Dauid, cùm mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt: locũ hũc ex lib. Regum iuxta Septuaginta editionem interpretãs, in verba ea, Et ferebatur in manibus suis, (sic em̃ ipse legit) scripsit hunc in modũ: Hoc verò fratres quomodò posset fieri in homine, quis intelligat? Manibus aliorũ potest portari homo: manibus suis nemo portatur. Quomodò

D. Augustin. in Psal. 33.

1. Reg. 21.

modò intelligatur, in ipſo Dauid ſecundùm literã non inuenimus, in Chriſto autem inuenimus:ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis,quandò commendans ipſum corpus ſuum, ait: Hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus ſuis.Hęc Auguſtinus. Cuius ex verbo liquidò poteſt animaduerti, Chriſtum ſeipſum ſuis geſtâſſe manibus,cùm diceret,HOC eſt corpus meum:non autem, Hic panis eſt corpus meum,vt nunc ſatan per membra ſua falsò docere non dubitat.

Hac autem opinione hominum animis affixa,quòd panis vnà cum Chriſti corpore in Euchariſtia permaneat, quo ſuo vaniſſimo dogmate huic celſiſſimo Sacramento non parùm reuerentiæ ac venerati-

rationis detraxit: tum verò longiùs prorepsit, sed ità tamen, vt necdùm planè se videndum præberet, nec quid machinaretur, satìs perspici liceret: nec tum quidem negauit Christi corpus præsens adesse in Eucharistia, sed id ad illud solum tempus pertinere voluit, quo sumitur Sacramentum: si quis autem extra sumptionis horam illud adorare velit, illum nō alio quàm idololatræ loco haberi oportere.

Vbì verò ille persensit, isthuc ab ipso iactum fundamentum, locis non paucis apud inconstans & curiosum vulgus suam habere firmitem: deindè eam in curam incubuit, vt hoc ipso & sacerdotium & sacrificium paritèr destrueret ac profligaret, quô paulatìm in omnium mortalium pectoribus obliteretur

memoria omnis immensorum beneficiorum Christi redemptoris & saluatoris nostri, qui semetipsum cælesti patri suo vltrò tradidit oblationem & hostiam gratissimam pro peccatis nostris: cuius beneficij memoriã Catholica Ecclesia hucusq; in sanctissimo Missæ sacrificio (Deo sit gratia) aduersùm inferorum portas omnes conseruauit, & in hodiernũ diem laudabilitèr ac pietati Christianæ congruentèr conseruat.

Ephes. 5.

His autem omnibus à satana pro illius arbitratu confectis, & rebus omnibus ꝓsperos deindè habentibus successus, tum demùm quod moliebatur, re ipsa aggressus est, quodq; ab initio constituerat, absoluit, ità vt iam ceu impius clamare, & vt insipiens dicere in corde suo

ſuo non vereatur, Non eſt Deus, pùtà in venerabili Sacramento, neq; Chriſti corpus illic habetur: Nō eſt niſi panis piſtorius: & quiſquis ei diuinos exhibet honores, idololatra cenſendus eſt. *Pſalm. 13. & 52.*

Hanc abominandam impietatē ſi callidus & ſanguinarius ſerpens in ipſis mox primis huius Tragœdię initijs per ſua membra euomuiſſet, quotquot ità dicere & docere auſi fuiſſent, eorum mendax os non multo negocio potuiſſet opprimi ac obſtrui: nec facilè quiſpiā eiuſcemodi impijs auditis ſermonibus, his ſatanicis laqueis ſeſe capi & implicari ſuſtinuiſſet. Conſultius itaquè viſum fuit verſuto ſerpenti, vt per ſuam ſobolem ab infimo gradu auſpicaretur, ſuoq́; ventre ſensìm ſursùm nitens, &

gradatìm ad ſuperiora ſe trahens, à ſummo gradu in hominum pectora irrepere, in ijsq́; plus ſpurcitiei ꝓgignere ac ꝓpagare queat. Quandò igitur malignus dęmon vſqueadeò nobis inſidiatur, perniciemq́ue afferre molítur, ſemperq́; circumit tanquàm leo rugiens, quærens quem deuoret, nosq́; inſtàr callidi aucupis blanda quadam & ſuaui fiſtula ad ſe illectat, ea ipſa Dei vocem incitans: deniquè eſcam nobis ſuauè fragrantem apponit, quam nos plerunquè, ceu curioſi piſces huius procelloſi maris, cupidè appræhẽdimus, nec interìm perpendimus hamum mortiferum in ea latére, quo ſuos ille captiuos in tartari abyſſum detrahit: meritò nos quidem dilectiſſimi, cauti ac præmoniti eſſe debemus,

1. Pet. 5.

mus, vt quoàd eius fieri poſſit, ab illius fallacioſis artibus & dolis nobis caueamus.

Quòd ſi quærat aliquis, quînam ab huius milleartificis impoſturis & fraudibus cauere debeamus: faciendũ planè eſt, quemadmodùm Chriſtus in hodierno fecit Euangelio, cùm iam quadraginta dierũ exacto ieiunio, eſurire cœpiſſet, adeò vt teter cacodæmõ iam omninò perſuaſum haberet, atque eam ſpem ſua opinione deuorâſſet, ſe Chriſtum dexterrimè appetijſſe & aggreſſum eſſe, atque eum in modum in ſua præſidia adduxiſſe, vt indè non poſſet ſeſe porrò extricare, ſed in illius deditionem concedere cogeretur: quæ illi cauſa fuit Chriſtum primò omnium gulæ illecebris pertentãdi: vbì tum Chri

ſto vtendum fuit gladio ſpiritûs, id eſt, verbo Dei: quod & fecit, quandam illi obijciens ſcripturæ diuinę ſententiam, atque eiuſmodi illum reſponſione flagellās, vt deincèps meritò ille à tentando Domino abſtinere debuerit. Scriptum eſt,
Deut. 8. ait ad ſatanam, Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Hac, inquam, ratione nos quoquè diabolo reſiſtere debemus, vt quotiès ille nos ſiue in vno, ſiue pluribus, illis præſertìm, quæ corruptæ naturæ noſtræ grata & iucunda ſunt, ab Catholica Chriſti Eccleſia abducere conatur, totiès nos quoq; Chriſti exemplo ſcripturas illi opponamus, dicamusq; Scriptum eſt, Ec-
1. Timot. 3. cleſiam eſſe columnam & firma-
Matth. 16. mentum veritatis, cui nec portæ

tæ inferorum vnquàm ſint præualituræ.

Agè iam funeſte cacodæmon, noueris eum, qui ſuæ Eccleſiæ in terris degenti iſthuc pollicitus eſt, Ioann. 14. ipſiſſimam eſſe veritatem, quę nec fallere nec mētiri nôrit: cuius nos verbis fidentèr ac optima ſpe innitimur. Neque etiàm vllam prorsùs apud nos dubitationē habet: quæ vnanimi eiuſdem Eccleſiæ catholicæ conſenſu recipiuntur, ea non aliundè, quàm ex Dei Spiritu, qui idem veritatis Spiritus eſt, profici- Ioann. 14. & 16. ſci. Itaque licèt medius crepes ter execrande ſatan, etiamſi portæ omnes inferorum ſeſe nobis opponant, licèt tui legati & concionatores multo etiàm magìs ſæuiant ac debacchentur: at nos tamen in Dei Eccleſia conſtantes permanemus,

nemus, quippe extra quam nulla cuiquam ſalus & beatitudo contingere poteſt. Hanc nos Eccleſiam in duodecim ſymboli Apoſtolici & noſtræ fidei articulis cõfitemur. Hac nos Eccleſia gloriamur. Hæc ea Eccleſia eſt, de qua Chriſtus ipſe dixit: Si Eccleſiam non audiêrit, ſit
Matt. 18. tibi ſicut ethnicus & publicanus. Pro hac Eccleſia Chriſtus fudit roſeum ac precioſum ſanguinem ſuum. In hac Eccleſia, tanquàm matre noſtra, in qua nati & per Baptiſmum regenerati ſumus, cenſeri ac numerari volumus, donec ſpiritus hos reget artus. De illa enim, deq́ue doctrina, quam ea profitetur, id certum exploratumq́ue nos habemus, eam iam indè ab Apoſtolorũ temporibus legitima ſucceſſione, ſinè intermiſſione, velut
per

per manus traditam, absq; ulla deprauatione puram ac mundam ordine ad nos vsque peruenisse: cùm tamen è diuerso inficiàs ire non possis teterrime satan, tentator & seductor populi Christiani, dogmata omnia, quę intra annos quinquaginta per tuos prædicantes sub splendido sacrosancti Euangelij prætextu & titulo passìm propagâsti, non nisi nouas esse doctrinas, hactenùs ista ratione nunquã traditas, nunquàm hoc modo prædicatas, nunquàm hoc sensu vel intellectu annunciatas.

Immò verò plus aliquid dicam: non potes tu ne vnum quidẽ Christianum, approbatum & Catholicum Ecclesiæ Dei Doctorem nominare, immò nec hæreticũ quidem: qui vel Luteranæ vel Calui-

nianæ doctrinę corpus ante hanc ætatem scripto compræhenderit: qui scripta diuina, quòd ad pręcipua Christianæ religionis capita attinet, sic acceperit & interpretatus sit, vt tui fidissimi administri, longè latéque, à te dimissi & ablegati, inpręsentiarùm ea accipiunt & exponunt.

An non autem hoc omniũ longè est calamitosissimum? an non vel maximè miserãdum ac lamentandum, mundum iamindè à Christi in cælos asscensione longè vltra millequingentos durauisse annos, nec tamẽ tot seculis vel vnum aliquem extitisse, qui scripta diuina rectè intellexerit, & vera fuerit fide præditus?

Quòd si verò putas quibuslibet temporib9 nõnullos alicubì hincindè

indè in angulis delituisse, qui per omnia consentaneam &, consonã fidem & doctrinam retinuerint ac ꝓpugnârint, quę grassantium hodiè sectarum vel vni alicui vsquequaquè consentiat, equidem hanc mihi velim nominatìm exprimi & indicari, quo loco extiterit, tradita & prædicata sit, qua in prouincia, qua vrbe, qua Ecclesia, è quo pulpito, qua tempestate, cuius Imperatoris Romani Imperio: vt itẽ vocentur libri, quibus nouę huius doctrinæ corpus conscripserint & consignârint. Atquì satìs superq; cognitũ habeo, maligne dæmon, etiãsi multò sis callidior atquè es, neque te, neque complices tuos id vnquàm planũ esse facturos. Nam vt probè me assequamini, charissimi, dictaque mea tenaciùs memoria

ria complecti possitis, rursus eadẽ repetens, planè & apertè luculẽtis ac disertis ego verbis pronuncio, nouis istis Euangelicis buccinatoribus esse prorsùs impossibile, vt vel vnum aliquem probum, sanctum, approbatum Ecclesiæ Dei Doctorem nominent, qui confessionis ipsorum corpus, id est, consonam quandam præcipuorũ religionis ipsorum, quam hodiè profitentur ac docent, capitum summam conscripserit & literis consignârit.

Quòd si igitur isthuc verum est, vt est sanè verissimum, nec diuersum vnquàm doceri poterit: quid, oro, aliud hinc conficitur vel consequitur, nisi hoc tantùm, si quidem illorum fides sit vera, Christiana, Euangelica & saluans fides,

iam

iam Chriſtum omninò fruſtrà eſſe paſſum & mortuum, roſeumque ſanguinem ſuum in ſanctæ crucis ſtipite inanitèr profudiſſe? Cui enĩ vllam attulit vtilitatem? cui vel bono vel commodo fuit? cui ea quicquam contulit, quãdò totus mundus haud ſecùs, atquè anteà, ignorantiæ tenebris & idololatria man ſit implicatus? Eum verò talẽ permanſiſſe, indè conficitur, quòd illi ne vnũ quidem nominare queant, qui ante hoc tẽpus ſcripta diuina, quòd ad religionis noſtrę capita attinet, ipſorum more interpretatus ſit. Atque verò vbì interìm ſunt illæ ampliſſimæ Chriſti ſeruatoris promiſſiones, Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi? Itemque: Ego rogabo patrem, &

Matth. 28.

Ioann. 14.

& alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis.

Non poteſt igitur non eſſe verum, atque in omnem ęternitatem verū permanere, quod eſt ab ipſa veritate dictum: contrà autem nulla poteſt ſoliditate probari, quod mentita eſt iniquitas ſibi. Chriſtus Dominus, Eccleſię caput, hoc myſticum ſuum corpus, quod eſt Eccleſia, non deſerit: nec deeſt Eccleſiæ, nec in omne æuum deerit Spiritusſanctus, qui eam dirigat, regat, ducat, vtì nè in vllos poſſit labi errores. Atque ab hac Eccleſia non patiemur nos vel latum vnguem nec in re minima abduci, quandoquidem extra illam, æquè atquè diluuij tempore extra Noę arcam, nullus mortalium ab æterna po

Pſalm. 26.

Geneſ. 7.

teſt

test damnatione seruari. Quæ nobis isthæc sanctissima atque fidissima parens nostra in rebus fidei vel in causa religionis præscribit, ea nos citra vllam hæsitantiam ceu recta, pia, diuina, Christiana, Euangelica sentimus, tenemus, credimus, confitemur. Quæ verò ea vetat, illa nos haud alitèr, atquè virus exitiale, deuitamus.

Vos igitur dilectissimi, vbi teterrimo dæmoni, quotiès ille rebus quibusdam etiàm non maximi momenti vos tentare & oppugnare, atq; à Catholica Christi Ecclesia auocare conabitur, hunc in modum semper fortitèr vos opposueritis, perindè ille, vt in hodierno cum Dei filio conflictu, re infecta, ceu turpitèr victus, cum dedecore abscedere compelletur.

Porrò

Porrò cùm tanti ſit periculi, ſi quis etiàm in re exigua, quam non putet magni eſſe momenti, malo dęmonĩ aſſentiatur & cedat, equidem vos chariſſimi denuò hîc om̃i qua poſſum fide admonitos velim, vt ab hoc veteratorio hoſte omnibus in rebus atque omni ex parte diligentèr caueatis, neq; illi vel in minimo cedatis: ſed Chriſti exemplo, æquè in minimis vt in maximis ſemper illi magna animi contentione reluctemini. Qua de re viſum eſt, vnum atque alterum certis quibuſdam & ſpecialibus in rebus exemplum proponere.

Si ergò malignus dæmon perſuadere tibi velit, vt bonis operibus nuncium remittas, vt quæ pro ipſius & totius perditi gregis ſui ſententia, non modò nihil conferant,

rant,ſed etiàm officiant ſaluti ſempiternæ: tu planè recuſes, propterèa quòd Apoſtolus verbis diſertis teſtatus ſit, redditurum Deum vnicuique ſecundùm opera ſua: atque alibì dixerit: Bonum faciẽtes, non deficiamus: tẽpore enim ſuo metemus non deficientes. Et rursùs: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. *Roman. 2.* *Galat. 6.* *2. Cor. 5.*

Si hortatur ſatan, vt in Quadrageſima carnibus veſcaris, idq́; propterèa, vt Pontifici & ſacerdotibus ægrè facias & inſultes: dicens tum demùm te eſſe germanè Euangelicum virum, ſi edas cibum, quem Deus hominibus alendis condiderit: tu illi morem nè geras. Siquidem Apoſtolus diſertis, perſpicuis,

 lucu-

luculentis ait verbis, Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem inæternũ, nè fratrem meum ſcandalizem.

Si ſuadet ſatan, nè deincèps ſignum ſanctæ crucis tibi imprimas, aſſerens id idololatricũ & artis magicæ eſſe, adeoq; tantũdem, àc ſi quis in aëre exprimat circulũ, cuiuſmodi blaſphemias quidam, in nouis iſtis Euangelicis præpoſitis non poſtremum obtinens locum, nonità pridèm ſcribere, & typis excuſas, palàm edere non dubitauit, tu vide nè illi obtemperes. Nam & D. Paulus eius farinæ homines inimicos crucis Chriſti vocat, & ſanctiſſimi Patres, Athanaſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, pluresq; alij ſcriptum reliquèrunt, præ ſigni crucis formidine dæmones

Philip. 3.

Athanaſ. de human. Chriſti & aduentu eius in carne.

Chryſoſto. in

nes fugere, diuinationes euane-
ſcere, & omne genus incantatio-
num profligari atque iacere: ſpeci-
atìm verò fide dignus Hiſtoricus
Theodoretus de Iuliano Impera-
tore, qui à fide Chriſti apoſtata diſ-
ceſſerat, in ſuis hiſtorijs annotauit,
cùm à quodam in ſimulacrorum
ędis adyta introductus vidiſſet dę-
mones ea, qua ſolēt, facie apparen-
tes, metu coactũ inſcripſiſſe fronti
ſignũ crucis: at dæmones conſpe-
cta figura Dominici trophæi, &
ſtragis ſuæ memores, mox euanu-
iſſe.

demonſtrat. aduerſus gentes, & oratione 5. aduerſus Iudæo., & Homil. 55. in Matthæum.

Auguſtin. in Pſalm. 141 et Tract. 118. in Ioannem. & Serm. 19. de Sanctis.

Theodor. lib. 3. cap. 3. Hiſt. Eccleſiaſt.

Poſtremò ſi ſuggerat animo tuo
teterrimus hoſtis, vt à ſancta Ca-
tholica Eccleſia deficias, atq; ipſius
ſectis & factionibus tete adiungas,
affirmans, Papatum (ità enim ſo-
lent iſti contumelioſi Catholicam

Ecclesiam nominare) non nisi fabulis, anilibus deliramentis, & confictis mendacijs niti, quemadmodùm frater Rauschius Neoburgensis in sua Centonouella nupèr edita scriptitat, tu illi prorsùs non assentias. Nostri eñ Parochi & concionatores, quos ex Dei benignitate & gratia in Bauaria & alijs Catholicis regionibus habemus, nullam aliam sempiternæ salutis viam & rationem nobis commonstrãt, quàm ipsum adeò Christum Iesum. Is enim verum est atque vnicum fundamentum, nec vllum potest esse vel poni aliud fundamentum, ipso quoquè Paulo teste, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: quo etiàm nostra fundata est & nititur doctrina, neutiquàm verò his aut illis, vt tu quidem

Rauschius, Ecclesiastes Neoburgensis ad Danubiũ.

1. Corinth. 3.

Fundamentũ Papisticæ religionis.

dem appellas, Lugendis commentitijs: quanquàm ego ſanctorū, vt vocant, Legendis quibuſdam neq; arrogare, neque derogare fidem velim.

Lugendas vocat Legendas, alludēs ad vocē Germanicam, lugen, quæ ſignificat mendacium.

Immò verò ſi quidem iſthuc te nôſſe iuuat, in Papatu hactenùs homines ad hunc Chriſtum Ieſum, non ad alium aliquem, tanquàm ad verum & vnicum noſtræ fidei, noſtræ ſalutis, noſtræ beatitatis lapidem angularem, ſempèr remiſſi ſunt: Chriſtianique ante ſexaginta, ſeptuaginta, octoginta, centum, ducentos, trecentos, quadringentos annos, & ad ipſam vſque deincèps Apoſtolorū ætatem, in Pontificia, id eſt, Chriſti Catholica Eccleſia ſemper ad vnum Chriſtum Ieſum, ceu vnicum Seruatorem ac redemptorem noſtrum, non ad vl-

lum alium directi ſunt, idq́ue non ſolùm ſcriptis & concionibus, ſed etiàm certis quibuſdam inſtituendis diebus ac temporibus, externis ſignis & imaginibus, veſtibus, geſtibus, atq; pluribus alijs cæremonijs. Cur nō igitur ab ipſis intimis viſceribus pudet te miſerum, fidiſſimam parentem tuam, Eccleſiam Catholicam, quam tu per contemptum Papiſticam vocas, quę te per Baptiſmatis Sacramentum, quod negare nō potes, regenerauit, quæ te in electorum numerum admiſit, quę te initiò duodecim ſacroſanctę fidei noſtrę articulos edocuit, tam mendacitèr conuicijs & contumelijs lacerare, atque abſq; vllo veritatis adminiculo in ipſa tui operis prętatione toto orbe traducere ac infamare, perindè àc ſi ea

illam non docuerit & prędicârit fidem, qua nos confitemur, non aliud nomen sub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, in quo quisquã vnquàm saluus factus sit, vel futurus sit saluus, pręter vnicum illud eius nomen, qui ea causa voluit Iesus appellari, quòd ipse populum suum saluum faceret à peccatis eorum: sed potiùs eiusmodi tradiderit fidem, quę, vt tute loqueris, crassis, opimis, putentibus mendaciis sun data sit? Actor. 4. Matth. 1.

Vndè tibi tandèm isthęc confidentia & audacia frater Rauschie, vt tam procacitèr ac impudentèr istiusmodi apertissimas calumnias & mendacia, quę tamen nulla vnquàm ratione docere ac probare poteris, aduersùs luculentam, eui-

dentem, manifestam veritatem in lucem typis excusa edere non dubitâris? Nimirùm, vt permulta alia silentio prętercam, si tu vel solas illas pręclaras & insignes ferias ac solennitates, quę per totius anni circulum in Catholica Ecclesia celebrantur, contemplatus esses, re ipsa comperisses in ipso adeò Papatu totum annum in certa quædam tempora mirificè distributũ, ità vt nullus sit de Christo fidei nostrę articulus, qui non peculiares intra anni curricula suas habeat ferias: vndè fit, vt credentes hac ratione luculentèr & pulchrè eorum omnium, quæ de Christo credere debeant, admoneantur, adeò vt fieri non possit, eorum vt obliuione capiantur. Qua tu igitur fronte dicere ausus es, fidem nostrã, quæ Chri-

Christo innititur, & in Christum dirigitur, mendacijs & commentitijs Legẽdis fundatam esse? quàm ego hîc possem tibi os opprimere, frater Rauschie, si visum esset articulos fidei omnes ordinè recensere, ac simul liquidò ostendere, vt illi per omnes temporum successiones in Papatu traditi sint, certisq́; institutis diebus non absque pijs & religiosis cæremonijs obseruati, populique animis sedulò & diligentèr inculcati & affixi: (vndè planum sit, Pontificiam fidem non commentitijs Legendis, sed Christo crucifixo & fuisse sempèr, & etiamnùm esse fundatam) vtq́; de eadem Christi cruce hactenùs Papatus docuerit, eam esse salutem, redemptionem, gloriam, triumphum, præcipuam spem & fiduciã

nostram. Verùm quandò his commemorandis prolixior futurus sum, inpræsentiarùm ijs supersedeo: neque tamen committere possim, quin aliquot valedictur⁹ tibi, quęstiones priùs obijciam.

Cedò frater Rauschie, num te clā est, in Papatu olìm eo nomine ieiunium quadraginta dierum, quod Quadragesimā vocant, institutū & obseruatum, vt per illos dies sibi quisque de cibo ac potu detraheret, & ieiunando atque orando sese aptum & idoneū redderet, quô cæteris rebus postpositis omnibus, soli crucis & perpessionis Christi meditationi & commemorationi tanto commodiùs & attentiùs vacare ac incumbere posset?

Num tu ignoras extremam illius ieiunij hebdomadam, quæ propterea

pstereà vulgò pœnosa,id est, cruciabilis dicta est,perpetuis temporibus non nisi precibus, & mortis ac perpessiõis Christi commemoratione & meditatione deuotè ac piè transmissam esse?

An te fugit Rauschie, eamipsam hebdomadam hoc solo nomine sanctam esse nuncupatam, quòd in illa nobis Dominicæ passionis & mortis, qua nos abluti,sanctificati,iustificati sumus, mysteria ꝓponantur?

Nescis Rauschie iam olìm in Papatu, id est, vera & germana Christianitate, tota illa sancta hebdomada ferias celebratas, & prophana atque mundana negocia omia sepofita,totoque illo sacro tempore pios quosque nulla re alia animum occupâsse, quàm solis illis com-

commemorandis immensis beneficijs, quę Christus Iesus, idemipse & sacerdos & sacrificiũ, in ara crucis nobis pro sua benignitate & clementia contulit?

Hier. 31. Hebr. 12. Augustin. de vtilitate pœnitentiæ cap. 1. Tertull. li. 2. cõtra Marcionem.

An te latet, Christum quidem sacrosancta passione & morte sua peccatorum omnium impetrâsse veniam, at eamipsam tamẽ nemini nem consequi posse, nisi qui peccata sua, ceu tantorum Christi cruciamentorum causam, *priùs intimo cum dolore seriò commemoret, eadem detestetur, auersetur & odio ꝓsequatur: eorum causa medullitùs doleat, acerbè ploret, sicq; ad sacerdotem, tanquàm Christi ministrum, properet, quippe cui ligandi & soluendi potestas diuinitùs collata est, coram illo peccata sua ordinè explicet, eiusque sacerdotali

Matt. 18. Orige. Homi. 2. in Psalm. 37. Augustin. Sermo. 66. de tempore.

dotali quidem miniſterio, at virtute tamen & meritis paſſionis & mortis Chriſti ſeſe abſolui, cũ Deo patre, quem totiès & tam immanitèr offenderit, in gratiam reſtitui concupiſcat?

Poſtremò, num tu compertum non habes Rauſchie, hanc ipſam, nec vllam aliam ob cauſam Chriſti Catholicam Eccleſiam ſanxiſſe, atque orthodoxis filijs ſuis pręſcripſiſſe, vt id genus pœnitẽtiæ opera hoc potiſſimùm ſanctæ hebdomadis tempore ſinguli quique exerceant: vt hoc ipſo quoquè admoneantur omẽs, peccatorum remiſſionem non niſi ex paſſionis & mortis Chriſti meritis proficiſci?

Atquì ſanè hæc & pleraq; alia tibi ſunt compertiſſima, cùm ſit pluſquàm euidens, luculentum, per-

perſpicuum, ac toto orbe notiſſimum & apud omnes peruulgatũ, Pontificiam, id eſt, veram, germanam, antiquam, catholicã & Apoſtolicam fidem, nullo alio inniti atque inſiſtere fundamento, quàm Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templũ ſanctum in Domino. Quî tu igitur in animum inducere auſus es, vt tam impudentèr, falsò ac temerè, cõtra tuam ipſius mentem & conſcientiam, Catholicam Eccleſiam calumnioſis criminibus innocentem inſectareris? O Rauſchie Rauſchie, illis ſempiternis æſtuãtis gehennæ flammis ſulphureis ſinè vllo fine cõcremari & torreri, quàm erit acerbũ & intolerabile. Quanto

Epheſ. 2.

to tu rectiùs consuluisses tum tibi, tum alijs, si hoc commentũ tuum, quod non nisi in tuum ipsius dedecus & ludibrium in lucem emisisti, supressisses potiùs, & te vnà cum misero grege tuo domì continuisses? Nam id ego tibi certò cõfirmare ausim, eiusmodi figmẽtis te neque mihi, neque vlli alij persuasurũ, vt talis nugatoris scripto nugacissimo ac futilissimo sese permoueri sinat, vt relicta ECCLEsia Catholica, ad vestras planè laceras & dissectas sectas atque factiones deficiat: præsertìm verò, quandò Apostolicis instituti literis, nouimus vnum esse Deum, vnam fidem, vnum Baptisma, vnam ECCLEsiam, vnum Christi mysticum corpus, vnam arcam, in qua nos ab æterno diluuio conseruamur. *Ephes. 4.* *Genes. 6.*

Hunc

Huncigitur in modum, dilectissimi, exemplo Seruatoris nostri, cuius hodiernum meminit Euangelium, cacodæmoni resistere nos debemus, ipsum quoquè vnà cum Domino Saluatore, certò & citra dubium vllum hac ratione superaturi, quemadmodùm apud D. Iacobum legere est, ità dicenté: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et hactenùs quidem de primo Christi Seruatoris cum diabolo conflictu, & ex illo relata victoria dixisse sufficiat.

Iac. 4.

II. Tentatio & pugna satana contra Christum.

Iam porrò etiàm de altero certamine quippiam dicendũ est. Nam teter ille spiritus licèt à Christo semèl esset profligatus, non tamen propterea continuò omnem pugnandi animum abiecit: sed cùm hac ratione nihil se cerneret profecisse,

fecisse, alia rem tentare cœpit. Vt
enim hodierni Euangelij textus »
habet, assumpsit eum diabolus in »
sanctam ciuitatem, & statuit eum »
super pinnaculum templi, & di- »
cit ei: Si filius Dei es, mitte te de- »
orsùm. Scriptum est enim, Quia Psalm. 90.
Angelis suis mandauit de te, & in »
manibus tollent te, nè fortè offen- »
das ad lapidem pedem tuum. »

In horum explanatione verbo-
rum, meum ego morem & institu-
tum retinẽs, nolo cerebri mei sen-
tentiam & priuatam intelligentiã
sequi, certus me hominem esse, &
quidem ætate iuuenem ac imperi-
tum & indoctum hominem, atq;
ea causa facilè falli posse: sed eorũ
interpretationem dictorum ex in-
signi illo Doctore Vincentio Liri-
nensi, qui tempore Ephesini con-

cilij, ante annos plùs minùs mille ducentos vixit, vobis adferam, cuius quidē hæc verba ſunt in libello illo, qui eſt de Catholicæ fidei vniuerſitate & antiquitate:

Quid, inquit, diabolus faciet miſellis hominibus, qui ipſum Dominum Maieſtatis, ſcripturarum teſtimonijs appetiuit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsùm. Quarè? Scriptum eſt enim, inquit. Magnoperè nobis doctrina loci iſtius attendenda atque retinenda eſt, vt tanto Euangelicæ authoritatis exēplo, quandò aliquos Apoſtolicā ſeu Prophetica verba proferre contra Catholicam fidem viderimus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nā ſicut tunc caput capiti, ità nūc quoquè mēbra mem-

membris loquuntur: membra ſci-
licet diaboli membris Chriſti, per-
fidi fidelibus, ſacrilegi religioſis,
hæretici poſtremò Catholicis. Sed
quid tandèm dicit? Si, inquit, fili-
us Dei es, mitte te deorsùm. Hoc
eſt: Filius eſſe vis Dei, & hæredita-
tem regni cæleſtis accipere, mitte
te deorsùm, id eſt, ex iſtius te ſubli-
mis Eccleſiæ, quæ etiàm templum
Dei putatur, doctrina & traditione
demitte. Ac ſi quis interroget
quempiam hæreticorum ſibi talia
perſuadentem, Vndè probas? Vn-
dè doces, quòd Eccleſiæ Catholicę
vniuerſalē & antiquam fidem di-
mittere debeam? Statìm ille, Scri-
ptum eſt enim: Et continuò mille
teſtimonia, mille exempla, mille
authoritates parat de Lege, de Pſal-
mis, de Apoſtolis, de Prophetis,

quibus nouo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in hæreſeos barathrũ infelix anima præcipitetũ. Iam verò illis, quæ ſequuntur, promiſſionibus miro modo incautos homines hæretici decipere conſueuerunt. Audẽt etenim polliceri & docere, quòd in Eccleſia ſua, id eſt, in communionis ſuæ conuenticulo, magna & ſpecialis ac planè perſonalis quædã ſit Dei gratia, adeò vt ſinè vllo labore, ſinè vllo ſtudio, ſinè vlla induſtria, etiãſi nec petant, nec quærant, nec pulſent, quicunque illi ad numerum ſuum pertinent, tamen ità diuinitùs diſpenſentur, vt angelicis euecti manibus, id eſt, angelica protectione ſeruati, nunquàm poſſint offendere ad lapidem pedẽ ſuum, id eſt, nunquàm ſcandalizari.

Iſthæc

Iſthæc omnia iam ordinè recitata, memoratus Vincẽtius Lirinenſis de hoc altero Chriſti aduersùs teterrimum ſatanam agone conſcripſit. An non verò, tametſi ille de ſuorum temporum hæreticis loquitur, etiàm huius ætatis nouos Euangelicos buccinatores cumprimìs lepidè, elegantèr, graphicè & ad viuum, vt plùs ſatìs eos liceat agnoſcere, vobis dilectiſſimi effinxiſſe, ſuisq́; colorib⁹ expreſſiſſe videtur? Omninò ſic ſe res habet, chariſſimi. Nam ſi rem omnem accuratè penſiculemus, videmus malignum dæmonem per Apoſtolos ſuos, nouos noui Euangelij præcones, nihil neq; maiori contentione, neque attentiori ſtudio & aſſiduitate moliri, quàm vt perſuadeatur hominibus, quô ſeſe de-

noſtram. Verùm quandò his commemorandis ꝓlixior futurus ſum, inpræſentiarùm ijs ſuperſedeo: neque tamen committere poſſim, quin aliquot valedictur⁹ tibi, quęſtiones priùs obijciam.

Cedò frater Rauſchie, num te clã eſt, in Papatu olìm eo nomine ieiunium quadraginta dierum, quod Quadrageſimã vocant, inſtitutũ & obſeruatum, vt per illos dies ſibi quiſque de cibo ac potu detraheret, & ieiunando atque orando ſeſe aptum & idoneũ redderet, quô cæteris rebus poſtpoſitis om̃ibus, ſoli crucis & perpeſſionis Chriſti meditationi & commemorationi tanto commodiùs & attentiùs vacare ac incumbere poſſet?

Num tu ignoras extremam illius ieiunij hebdomadam, quæ propterea

ptereà vulgò pœnoſa, id eſt, cruci-
abilis dicta eſt, perpetuis tempori-
bus non niſi precibus, & mortis
ac perpeſſiõis Chriſti commemo-
ratione & meditatione deuotè ac
piè tranſmiſſam eſſe?

An te fugit Rauſchie, eamipſam
hebdomadam hoc ſolo nomine
ſanctam eſſe nuncupatam, quòd
in illa nobis Dominicæ paſſionis
& mortis, qua nos abluti, ſanctifi-
cati, iuſtificati ſumus, myſteria ꝓ-
ponantur?

Neſcis Rauſchie iam olìm in Pa-
patu, id eſt, vera & germana Chri-
ſtianitate, tota illa ſancta hebdo-
mada ferias celebratas, & propha-
na atque mundana negocia om̄ia
ſepoſita, totoque illo ſacro tempo-
re pios quoſque nulla re alia ani-
mum occupâſſe, quàm ſolis illis
com-

commemorandis immenſis beneficijs, quę Chriſtus Ieſus, idemipſe & ſacerdos & ſacrificiũ, in ara crucis nobis pro ſua benignitate & clementia contulit?

Hier. 31. Hebr. 12. An te latet, Chriſtum quidem ſacroſancta paſſione & morte ſua peccatorum omnium impetrâſſe veniam, at eamipſam tamẽ neminem conſequi poſſe, niſi qui peccata ſua, ceu tantorum Chriſti cruciamentorum cauſam, priùs intimo cum dolore ſeriò commemoret, eadem deteſtetur, auerſetur & odio ꝓſequatur: eorum cauſa medullitùs doleat, acerbè ploret, ſicq; ad ſacerdotem, tanquàm Chriſti miniſtrum, properet, quippe cui ligandi & ſoluendi poteſtas diuinitùs collata eſt, coram illo peccata ſua ordinè explicet, eiuſque ſacerdotali

Auguſtin. de vtilitate pœnitentiæ cap. 1. Tertull. li. 2. cõtra Marcionem.

Matt. 18. Orige. Homi. 2. in Pſalm. 37. Auguſtin. Sermo. 66. de tempore.

dotali quidem miniſterio, at virtute tamen & meritis paſſionis & mortis Chriſti ſeſe abſolui, cũ Deo patre, quem totiès & tam immanitèr offenderit, in gratiam reſtitui concupiſcat?

Poſtremò, num tu compertum non habes Rauſchie, hanc ipſam, nec vllam aliam ob cauſam Chriſti Catholicam Eccleſiam ſanxiſſe, atque orthodoxis filijs ſuis pręſcripſiſſe, vt id genus pœnitẽtiæ opera hoc potiſſimùm ſanctæ hebdomadis tempore ſinguli quique exerceant: vt hoc ipſo quoquè admoneantur omẽs, peccatorum remiſſionem non niſi ex paſſionis & mortis Chriſti meritis proficiſci?

Atquì ſanè hæc & pleraq; alia tibi ſunt compertiſſima, cùm ſit pluſquàm euidens, luculentum,

per-

to tu rectiùs consuluisses tum tibi, tum alijs, si hoc commentū tuum, quod non nisi in tuumipsius dedecus & ludibrium in lucem emisisti, supressisses potiùs, & te vnà cum misero grege tuo domì continuisses? Nam id ego tibi certò cōfirmare ausim, eiusmodi figmētis te neque mihi, neque vlli alij persuasurū, vt talis nugatoris scripto nugacissimo ac futilissimo sese permoueri sinat, vt relicta Ecclesia Catholica, ad vestras planè laceras & dissectas sectas atque factiones deficiat: præsertìm verò, quandò Apostolicis instituti literis, nouimus vnum esse Deum, vnam fidem, vnum Baptisma, vnam Ecclesiam, vnum Christi mysticum corpus, vnam arcam, in qua nos ab æterno diluuio conseruamur. *Ephes. 4.* *Genes. 6.*

Hunc

Hunc igitur in modum, dilectissimi, exemplo Seruatoris nostri, cuius hodiernum meminit Euangelium, cacodæmoni resistere nos debemus, ipsum quoquè vnà cum Domino Saluatore, certò & citra dubium vllum hac ratione superaturi, quemadmodùm apud D. Iacobum legere est, ità dicentẽ: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et hactenùs quidem de primo Christi Seruatoris cum diabolo conflictu, & ex illo relata victoria dixisse sufficiat.

Iac. 4.

II. Tentatio & pugna satanæ contra Christum.

Iam porrò etiàm de altero certamine quippiam dicendũ est. Nam teter ille spiritus licèt à Christo semèl esset profligatus, non tamen propterea continuò omnem pugnandi animum abiecit: sed cùm hac ratione nihil se cerneret profecisse,

fecisse, alia rem tentare cœpit. Vt
enim hodierni Euangelij textus ”
habet, assumpsit eum diabolus in ”
sanctam ciuitatem, & statuit eum ”
super pinnaculum templi, & di- ”
cit ei: Si filius Dei es, mitte te de- ”
orsùm. Scriptum est enim, Quia Psalm. 90.
Angelis suis mandauit de te, & in ”
manibus tollent te, nè fortè offen- ”
das ad lapidem pedem tuum. ”

In horum explanatione verborum, meum ego morem & institutum retinēs, nolo cerebri mei sententiam & priuatam intelligentiā sequi, certus me hominem esse, & quidem ætate iuuenem ac imperitum & indoctum hominem, atq; ea causa facilè falli posse: sed eorū interpretationem dictorum ex insigni illo Doctore Vincentio Lirinensi, qui tempore Ephesini con-

cilij, ante annos plùs minùs mille ducentos vixit, vobis adferam, cuius quidē hæc verba ſunt in libello illo, qui eſt de Catholicæ fidei vniuerſitate & antiquitate:

Quid, inquit, diabolus faciet miſellis hominibus, qui ipſum Dominum Maieſtatis, ſcripturarum teſtimonijs appetiuit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsùm. Quarè? Scriptum eſt enim, inquit. Magnoperè nobis doctrina loci iſtius attendenda atque retinenda eſt, vt tanto Euangelicæ authoritatis exēplo, quandò aliquos Apoſtolicā ſeu Prophetica verba proferre contra Catholicam fidem viderimus, diabolum per eos loqui minimè dubitemus. Nā ſicut tunc caput capiti, ità nūc quoquè mēbra mem-

membris loquuntur: membra ſci-
licet diaboli membris Chriſti, perfidi fidelibus, ſacrilegi religioſis, hæretici poſtremò Catholicis. Sed quid tandèm dicit? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsùm. Hoc eſt: Filius eſſe vis Dei, & hæreditatem regni cæleſtis accipere, mitte te deorsùm, id eſt, ex iſtius te ſublimis Eccleſiæ, quæ etiàm templum Dei putatur, doctrina & traditione demitte. Ac ſi quis interroget quempiam hæreticorum ſibi talia perſuadentem, Vndè probas? Vndè doces, quòd Eccleſiæ Catholicę vniuerſalē & antiquam fidem dimittere debeam? Statìm ille, Scriptum eſt enim: Et continuò mille teſtimonia, mille exempla, mille authoritates parat de Lege, de Pſalmis, de Apoſtolis, de Prophetis,

quibus nouo & malo more interpretatis, ex arce Catholica in hæreſeos barathrũ infelix anima præcipitẽt. Iam verò illis, quæ ſequuntur, promiſſionibus miro modo incautos homines hæretici decipere conſueuerunt. Audẽt etenim polliceri & docere, quòd in Eccleſia ſua, id eſt, in communionis ſuæ conuenticulo, magna & ſpecialis ac planè perſonalis quædã ſit Dei gratia, adeò vt ſinè vllo labore, ſinè vllo ſtudio, ſinè vlla induſtria, etiãſi nec petant, nec quærant, nec pulſent, quicunque illi ad numerum ſuum pertinent, tamen ità diuinitùs diſpenſentur, vt angelicis eue-cti manibus, id eſt, angelica prote-ctione ſeruati, nunquàm poſſint offendere ad lapidem pedẽ ſuum, id eſt, nunquàm ſcandalizari.

Iſthæc

Isthæc omnia iam ordinè recitata, memoratus Vincẽtius Lirinensis de hoc altero Christi aduersùs teterrimum satanam agone conscripsit. An non verò, tametsi ille de suorum temporum hæreticis loquitur, etiàm huius ætatis nouos Euangelicos buccinatores cumprimìs lepidè, elegantèr, graphicè & ad viuum, vt plùs satìs eos liceat agnoscere, vobis dilectissimi effinxisse, suisq́; colorib⁹ expressisse videtur? Omninò sic se res habet, charissimi. Nam si rem omnem accuratè pensiculemus, videmus malignum dæmonem per Apostolos suos, nouos noui Euangelij præcones, nihil neq; maiori contentione, neque attentiori studio & assiduitate moliri, quàm vt persuadeatur hominibus, quô sese de-

orsùm mittant: id eſt, vt abijciant doctrinam, conſtitutiones, ritus & mores vnicæ Chriſti Eccleſiæ Catholicæ, quam Dominus ipſe vocat ciuitatem ſupra montem poſitam. Matt. 5.

Id verò vbi improbo ſatanæ, & membris eius ipſi addictis alicubì cedit ex animi ſententia, vt Eccleſia eiusque doctrina & conſtitutiones euileſcāt apud homines, iam ille planè iubilat, certus victoria ſe potitum. At quandiù ab hac ſublimi vnius veræ & Catholicæ Eccleſiæ ciuitate non diſceditur, etiàmſi hominem eiuſmodi acritèr & totis virib⁹ oppugnet, nihil tamē apud illum obtinere poteſt, oppugnationes & machinationes eius omēs rediguntur in nihilum, ſuoq; conatu fruſtrātur. Porrò ſimulatquè quiſ-

quiſpiam ſeſe deorsùm mittit, atq; ab hac ciuitate deſciſcit, & vel pedē vnum extra hoc ſeptum profert, ab hoc ouili deflectit, ab hoc communi grege ſe ſegregat, iam è veſtigio lupus in eius guttur inuadit, eumq́ue planè diſcerpit.

Itaque magnoperè eam in curam & cogitationem incumbit ſatan, nec quicquam omninò inten tatum relinquit, vt eò permoueat & adducat miſeros, quô ſe deorsùm mittant, vt à Catholicę Eccleſiæ doctrina, legibus, & bonis ac laude dignis conſtitutionibus diſcedant, eas paruipendant vel ducant pro nihilo, vt quilibet ſuas priuatas actiones, priuatas opiniones & ſenſum ꝓprium, vel etiàm cuiuſpiam alterius priuatam ſen-

tentiam & opinionem pluris faciat, quàm totius Catholicæ Ecclesiæ sensum & concordem atque consonam sententiam, cùm tamē
Ioan. 15. 16. huic ipsi Ecclesiæ Christus Dominus totiès Spiritumsanctum, spiritum veritatis pollicitus sit.

Vt autem conatus iste maligni dæmonis expeditiores & efficaciores habeat successus, non desunt illi scripta diuina, quibus miseros ad defectionē solicitet & permoueat. Ait nanque: Scriptum est enī:
Ezech. 20. In præceptis patrum vestrorū nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis. Et rursùs, Scriptum est
Matt. 15. enim, inquit: Sinè causa me colūt, docentes doctrinas & mandata hominum. Atquì vbì suo potitus voto satan, id efficere potest, homini vt persuadeat, vt vel in vno aliquo arti-

articulo ſeſe deorsùm mittat, iam planè iſtiuſmodi hominem in ſuam ditionem redegit, atque nullo negocio eum continentèr in deteriora propellit, ità vt in dies magìs ac magìs ſeſe deorsùm mittat, atque alia poſt alia nullius pęnſi habeat, quæ ab Eccleſia ſeruantur & in vſu habētur: neq; porrò vlla poteſt tam inſolens & exotica extare doctrina, quam nō ceu Euangeliū ipſum & Dei verbū amplectatur.

Hanc igitur ob cauſam teterrimus diabolus per ſuos fidiſſimos adminiſtros tam continentèr, tam ſedulò, tam accuratè dat operam, vt hominibꝰ perſuadeat, deorsùm vt ſe mittant, vt totius orbis Chriſtiani ſenſum & conſenſum ducant pro nihilo, ſed Eccleſiaſticis conſtitutionibus & decretis poſt-

habitis, quod cum illis pugnet è diametro, id faciant. Atq; vt rem omnem in pauca conferam, hoc illius studium, hic machinationũ & laborum illius omnium vnicus scopus est, vt homines mittant se deorsùm: hoc est, vt ab Ecclesia Catholica se segregent, vt lubentibus & iucũdis animis contra Ecclesiasticas sanctiones & decreta veniãt & agant, & si quid ab Ecclesia constitutum & ordinatum est, ipsi in Ecclesiæ contemptum & Ecclesiæ insultando prorsùs contrarium faciant. Atque hoc vnum & solum est, dilectissimi, non planè aliud quiddam, quod satanas aucupatur & spectat.

Nè quis verò putet, me isthuc animi quadam impotentia & sectarum odio dicere, libet vnũ atq;

alte-

alterum exempli cauſa adducere. Quandoquidem Catholica Chriſti Eccleſia, noſtræ ſalutis ſolicita, non paucis ſanè, ijſdemq́ue grauibus, vrgentibus, & æquiſſimis cauſis permota, laicis corporis & ſanguinis Christi Sacramentum ſub altera tantùm ſpecie porrigere ſolet, noui iſti Euangelici prædicātes tantùm vt Eccleſiaſticæ conſtitutioni ſeſe opponant, vtranq; poſtulant & vrgent ſpeciem: aiuntq́; ſi quis alitèr quàm ſub vtraq; ſpecie accipiat Euchariſtiā, eum non rectè facere: porrò autem ſi Concilium aliquod cenſeat, Euchariſtiā ſub vtraque ſpecie miniſtrandam laicis, in illius concilij contemptū dicunt vel vna duntaxat, vel neutra ſe vti velle. Et nè cui videar eſſe nimius, Luterum ipſum, quid hinc ſenſe-

Sacramētum altaris ſub vna ſpecie.

ſenſerit & ſcripſerit in libello de formula Miſſæ, loquentem agè audiamus:

Luterus libr. De formula Miſſæ.

Si quo caſu, inquit, Concilium decerneret ac ſtatueret, vtranq; Sacramenti ſpeciem vſquequaquè & porrigi & accipi debere, iam tum nos vtranq; ſpeciem ſumere nollemus: immò verò tum demùm in contemptum eius Concilij, eique inſultando, vel alteram duntaxat, vel neutrã ſpeciem percipere vellemus, at minimè gentium vtranque: atque adeò illos quoquè non alio quàm Excommunicatorum loco haberemus, qui ex Concilij decreto vtranque ſpeciem vſurparent. Hactenùs Luterus.

An non autem chariſſimi, ex hac eius viri oratione animaduertitis, malignum dæmonem hac de ſpe-

ſpeciebus diſputatione, re ipſa nihil ſpectare, nihil venari aliud, niſi vt nos mittamus deorsùm? vt ab totius Catholicæ Eccleſiæ more & vſu recedamus? Reuerà nanq; non id curæ eſt hoſti teterrimo, num ſub altera vel vtraque ſpecie ſumatur Euchariſtia: nouit ille iſthuc ſaluti nihil quicquam neq; conferre, neque demere, ſiue calicem ſumat laicis, ſiue non ſumat: nouit ille poſtremo concilio Baſileenſi de altera ſpecie rectè ac benè definitũ eſſe, & ſiue ſub vna ſpecie, vt illic habetũ, ſiue ſub duplici quis communicet, ſecundùm ordinationẽ ſeu obſeruantiam Eccleſiæ, proficere dignè communicantibus ad ſalutem, vbì diligentèr præparârint & repurgârint priùs conſcientiam ſuam. Iſthuc, inquam, optimè nouit

Conciliũ Baſileen. Seſſ. 30.

nouit hoſtis tartareus, nec eum malè habet, quòd Chriſtiani ſaluberrimum hoc Sacramentum ſub altera tantùm ſpecie percipiunt, nec appetit vtranq; ab illis ſpeciem ſumi: ſed id vnum peſſimè habet nequiſſimum hoſtem, quòd præcelſum illud Sacramentum vbiquè vno ritu & eodem modo in Catholicæ Chriſti Eccleſiæ vnitate & concordia accipitur. Hoc eſt quod ille ferre nullo modo poteſt. Scit enim ſacramentum ſanctiſſimum nihil neque prodeſſe neque conferre poſſe, niſi hoc pacto percipiatur. Itaq; tantoperè ille remis velisq́ue eò contendit, vt decretum, conſtitutio & cõſuetudo vel mos Eccleſiæ minimè ſeruentur. Atq; vt ſummatìm dicam, eſt ille & dicitur ſatan, id eſt, aduerſarius, talisq́;
haud

hauddubiè permanſurus eſt, nempè Chriſti capitis noſtri, & Eccleſiæ, corporis eius aduerſarius: quicquid Eccleſia ſtatuit, decernit, obſeruat, ſempèr ille diuerſum vrget & expetit. Si Euchariſtia ſub vna porrigatur ſpecie, ille vtranque repoſcit: ſi vtraque miniſtretur ſpecies, aut alteram ille depoſcit, vel neutram prorsùs.

Eundem in modum ſeſe gerit erga ieiuniū Quadrageſimæ. Nos quidem, qui ex Dei gratia Chriſtiani catholici & ſumus & dicimur, morem hunc laudatiſſimum ab amantiſſimis maioribus noſtris accepimus & didicimus, vt vbì tempus illud aduentat, quo perpeſſio & mors Chriſti, qua redempti ſumus, commemorari ſolet, diebus quadraginta antè precibus, ieiu- *Ieiuniū Quadrageſimæ apud Catholicos.*

nijs,

nijs,atq; alijs pijs operibus & studijs ad eiuſmodi commemorationem nos præparemus,aptosq́ue & idoneos nos reddamus. Eſt enim hoc per ſe æquiſſimũ,vt qui Chriſto ſocij eſſe volumus conſolationis illius, qua fruituri ſumus, vbì cum illo reſurrexerimus & in cælos aſſcenderimus, ſimus etiã paſſionum ſocij. Vt enim Apoſtolus ait,ſi commortui ſumus, & conuiuemus:ſi ſuſtinemus,& conregnabimus:ſi cõpatimur,& conglorificabimur.Nam, vt alibì ſcriptũ eſt, Chriſtum oportuit pati, & ità intrare in gloriam ſuam.Porrò is rectè dicitur vnà cum Chriſto pati & mori,qui deſijt à peccatis,vt iam non deſiderijs hominum, ſed voluntate Dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis. Id verò quô minùs

2.Corint.1.
2.Tim. 2.
Roman. 8.
Luc. 24.
1.Petr. 4.

minùs præſtare poſſit, perpetuò hominiſua caro impedimẽto eſt, quæ acritèr concupiſcit aduersùs ſpiritum, ità vt, quemadmodùm Apoſtolus ipſe conqueritur, non quæcunq; volumus, illa faciamus. Eſt igitur ſub iugum mittenda & edomanda caro, idque abſtinentia & ſobrietate, vt cum vitijs & concupiſcentijs ſuis tanto poſſit faciliùs crucifigi. Nam quemadmodùm effræni & indomito equo, aduersùs ſeſſorem ſuum contumaci & frænum ore depellenti, detrahitur de pabulo, & pro auena, vel ſtipula vel parùm fœni apponitur: ità etiàm carni noſtræ, quæ virtute internorum ſpirituum & ſanguinis, atque etiàm ratione ſucci naturális in corpore abundantis ſpiritui reſiſtit, annona ſubtrahenda

Galat. 5.
Roman. 7.

f eſt,

est,& pro solita alimonia alius cibus apponendus, vt hoc pacto coercita, menti & rationi ceu sessori suo,tanto minùs recalcitret:corpo-
1. Corint. 9. reque hunc in modum castigato, & in seruitutem redacto, animus hominis tanto plus obtineat virium,diuinisque laudibus constantiùs vacare,& voluntati Dei promptiùs obtemperare queat. Enimuerò, vt partim etiàm Apostolus ipse testatur,non est id quidem dubium, dum exterior homo noster
2. Cor. 4. deficit & corrũpitur, eum qui intùs est, id est, hominem interiorẽ de die in diem magìs ac magìs renouari:quantoque exterior nostrî portio,nempè corpus,quotidianis laboribus & ieiunijs impẽsiùs cõprimitur & frænatur, tanto portionem internam, eamque potiorem,

tiorem, putà animam, ex carnis, molestissimi hostis sui, defectione in seipsa augescere, valentioremq; & expeditiorem reddi ad vacandū Deo rebusque diuinis, Deiq; voluntatem exequendam.

Hac ratione, charissimi, adducta Ecclesia catholica, fidissima parens nostra, Quadragesimæ ieiunium instituit, vt à vitijs carnalib⁹, quibus alioquì perpetìm distinemur ac infestamur, liberati, promptioribus animis commemorandis beneficijs, quæ Dei filius Christus Iesus sua sacrosancta passione & morte in nos declarauit, vacare & inhærere possimus. Num verò isthuc bonum esse quisquam negare potest? An non planè Euangelicum, pium, laude dignum atq; frugiferum est? Et interìm tamen

noũi iſti Euangelici Prædicantes ieiunium hoc irrident, reijciunt, contemnũt? At quam tandèm ob cauſam? Non ſanè aliam vllam, niſi vt homines, qui tamen ex natura & ſua ſponte ad carnium eſum inhiant, hoc ipſo eò adducant, vt ſe præcipites deorsùm mittát: hoc eſt, vt ab aliorum Chriſtianorum, toto orbe terrarũ degentium more & cõſuetudine hac in re diſcrepent. Hoc ſolũ, inquam, nec quicquam aliud hac re ſatanici ꝓphetę moliuntur. Quod vt nullam prorsùs apud vos dubitationem habeat, ipſius Luteri verba commemorare viſum eſt; quæ in altera parte ſcripti eius aduersùs cæleſtes prophetas de Sacramẽto hunc in modum habentur: Cùm interdicitur tibi, inquit, eſu carnium die piſculento,

Luter. parte altera aduersùs cæleſtes prophetas de Sacramento.

lento, iam tu debes veſci carnibus: cùm præcipitur vt die qua carnes edere licet, edas, iam nõ debes edere: Cùm coniugio iuberis abſtinere, coniugium inire debes, aut certè ità te comparare, tanquàm id lubens facere velis, atque ità in reliquis. quęſo hîc dilectiſſimi, ex ipſius adeò Luteri verbis & teſtimonio cognoſcite, quidnam ſpectẽt noui iſti Euangeliſtæ, cùm aduerſùs Chriſtianorũ Quadrageſimale ieiunium buccis crepantibus concionantur. Nihil ſanè aliud illi aucupãtur, quàm quod malignus dęmon in capite noſtro Chriſto Seruatore in Euangelio hodierno venatus legitur: nẽpè vt nos per præceps mittamus deorsùm, id eſt, ab Eccleſia Dei ſeparemus. Atque vt iſthuc citiùs & faciliùs impetrent,

f 3 per-

perindè illi aiunt nobis, vt satan ad Christum: Scriptũ est enim in hodierno Euangelio, Christum pro nobis ieiunâsse, itaque non debere nos frustrà ieiunijs nos affligere, quãdò prorsùs impossibile est, vt Christi ieiunium imitemur.

Scriptum quoquè est, atq; adeò Christus Iesus, qui ipsa veritas est,
Math.17. dixit, filios (Dei) liberos esse. Quid igitur necessè est, vt ieiunando, & id genus alia faciendo, rursùm vl-
Actor.15. trò iugum ceruicibus nostris imponamus, à quo per Christũ iampridèm liberati sumus?

Math.15. Scriptum est, Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, coinquinat hominem. Cur ergò illis nolimus cibis vesci, qui per se boni & mundi sunt?

Rur-

Rursùs ſcriptum eſt: Nunquìd poſſunt filij ſponſi lugere, quandiù cum illis eſt ſponſus? Et apud Apoſtolum diſertis verbis ſcriptũ legimus, doctrinam eſſe dæmoniorum, prohibere à cibis &c. Matt. 9. 1. Tim. 4.

Immò verò nõ ſat illi habẽt perpetìm vociferari, ſcriptum eſt, ſcriptum eſt enim: ſed vt improbiſſimus ſatan in huius diei Euangelio dixit Seruatori, vt è pinnaculo tẽpli ſe deorsùm mitteret, ſcriptum eſt enim, inquiẽs, quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te: ità planè etiàm noui Euangeliſtæ faciunt, dum hominibus perſuadere nituntur, vt è templo præcipites ſe demittant, hoc eſt, ab Eccleſia Catholica ſe ſegregent: vbì tum illi ſanè miſeris perſuadẽt, modò quis ipſorum nupèr confi-

ctam fidem amplectatur & habeat, etiamsi non modò nullum is egerit opus bonum, sed etiàm flagitijs & sceleribus omnibus planè coopertus sit, at nihilo minùs certum eum esse atq; securum, diuinæ gratiæ participem se esse: immò verò euenturum ipsi, vt angeli veniant, & suis eum manibus ferant, atque in cælos vsq; subuehant, vtì nè vlla in re, licèt minima, pedes suos offendat: vt iubet nos certò statuere
Apoc. 14. hæc vox, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quam illi sententiam ad omes illos accommodare solent, qui in ipsorum fidei confessiōe mortui sint, qualesquales demùm illi moribus & vita fuerint.

Atqui ô bone Deus, nihil isthuc aliud est, quàm quædam teterrimi

satanæ

ſatanæ tentatio: neque debent orthodoxi Chriſtiani ea eſſe leuitate animi, vt confeſtìm recipiãt, quicquid aliquis noui dogmatis profert, & ſub ſplendido ſacroſancti Euangelij nomine ac titulo venditat, nè quandoquè etiàm nobis dicatur, quod Apoſtolus Galatis ſcripſit, Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiã Chriſti, in aliud Euangeliũ: quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt cõuertere Euangeliũ Chriſti. *Galat. 1.*

Reuerà enim, dilectiſſimi, non ſemper Euangelium eſt, quod pro Euangelio obtenditur: non ſemper eſt verbum Dei, quod hoc titulo plerique venditant. Vt igitur Chriſtus Dominus in hodierno Euangelio, cùm malignus dæmon

ſcripturarum teſtimonio illum in ſuam ſententiam pertrahere vellet, vt à templi pinnaculo ſeſe deorsùm mitteret, eidem hoc reſpõſum dedit: Scriptum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum: ità & nos facere debemus, quandò ille tortuoſus ſerpens per ſuos prædicantes à nobis exigit, vt à templo præcipites nos mittamus, id eſt, ab Catholica Eccleſia in vno aliquo vel pluribus articulis nos abiungamus. Tum enim id ſolùm cogitabimus, fieri iſthuc ob noſtrî tentationem & explorationem, num agnitæ veritati Euangelicæ, quæ non niſi in Catholica Eccleſia, nec vſpiàm omninò alibì docetur, conſtantes adhærere velimus, néc ne. Itaque quod Chriſtus in huius diei Euangelio deterrimo

Deuter. 6.

ſata-

ſatanæ, id nos eius nuncijs, improbis concionatoribus dicemus: Scriptum quidem eſt, quemadmodùm vos dicitis, & eadem verba in diuinis literis inuenio: ſed longè diuerſo ſenſu, longè alia ſententia & intellectu, quàm à vobis adferatur.

Scriptum quidem non abnuo, immò verò etiàm hodiernũ Euangelium diſertis habet verbis, Christum cõtinuis quadraginta diebus & noctibus ieiunâſſe: ſed quęſo te, num indè confici poteſt, nos ieiunare neutiquàm debere? Mihi quidem nullam antehàc vnquàm contigit eiuſmodi audire conſequentiam. Quòd ſi id genus argumẽta, ratiocinatiões & illationes põdus habere debeant, poſſit itidẽ quiſpiam dicere, Chriſtum pro nobis precatum eſſe, & vt Paulus teſtatur,

Christi ieiunium.

tur, exauditum pro suî reuerentia, itaque nobis iam precandum non esse: Christum pro nobis passum esse, iam ergò nos pati non debere: Christum pro nobis legem impleuisse, nos igitur pro viribus operam dare non debere, vt vitam nostram conuenientèr legi & præceptis Dominicis exigamus. Deniq;, Christum fecisse omnia, eapropter nihil nobis porrò faciendum esse. Verùm quisquis nó ominò mente captus est, probè animaduertit absurda esse istiusmodi argumēta: immò potiùs diuersam sententiã citiùs indè colligi posse, quòd cùm Christus talia fecerit, nos quoquè similiter facere debeamus: quemadmodùm Christus ipse dùm discipulorum ablueret pedes, argumẽtatus est, ità inquiens: Exemplum dedi

Hebr. 5.

1. Petr. 5.

dedi vobis, vt queadmodùm ego feci vobis, ità & vos faciatis. Ioann. 13.

Scriptum est etiàm, Christianos esse liberos & in libertatem vocatos: at verò propterea iam liberum illis esse facere quicquid collibitũ sit, leges & decreta omnia flocci-pendere, mores omnes & ritus laudabiles, bonamque politiam proculcare: id profectò indè nullo pacto confici potest: & quisquis ità se comparat, is necdùm, quid sit libertas Christiana, cognouit: quippe quæ non tam in rebus externis, quàm in spiritu sita sit. Et est quidem Christianus sibijpsi liber, at tàmẽ ex amore seipsum, instàr Apostoli, seruum omniũ facit: nec lex posita vel necessaria est homini germanè Christiano, quæ ipsum compellat, sed interìm tamen leges Galat. 4. 5. Christiana libertas. 1. Cor. 9. 1. Timot. 1.

ges omnes spontè & ex charitate obseruat. Atque hæc breuiter scripturæ diuinæ mens est & sententia, vbì ea de Christiana libertate agit. Atque hunc in modum de illa etiàm Christus ipse loquitur,
Matt. 17. dùm ait: Ergò liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos, da eis statêrem pro me & te.

Matt. 15. Scriptum quidem est, Non quod intrat in os, coinquinat hominem &cęt. sed non eo intellectu, non ea sententia, quòd iam homines quouis tempore indiscriminatìm
Esca munda. quibuslibet escis vti debeant. Nam tametsi esca per se immunda non est, tametsi innoxia & bona est: nã
1. Tim. 4. vt Apostolus ait, omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendũ, quod cum gratiarumactione percipitur: at nihilo minùs in ipsa sumenda

menda eſca peccatum vtiquè admitti poteſt, ſi vel ſecùs, quàm eſt diuinitùs inſtituta, id eſt, intemperanter contra Seruatoris doctrinã, dicentis, Attendite vobis, nè fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate: vel eo tẽpore, quo certas ob cauſas eius vſus interdictus eſt, percipiatur. Ità nimirùm Deus primis parentibus noſtris Adamo & Euæ interdixit, nè de ligno ſcientiæ boni & mali comederent, Itemque pleraſque alias in veteri Inſtrumẽto vetat eſcas, non quòd per ſe vel malæ, vel noxiæ forent, ſed peculiaris cuiuſdam vel ſignificationis vel myſterij cauſa. Sic etiã Eccleſia Dei, mater omnium credentium, pro ratione & conditione temporũ cibos quoſdam prohibet, quô petulãtem carnem noſtram

Luc. 21.

Gen. 2.

Leuit. 3. 11. 14. 17. 19. 22.

Gen. 9.

Abſtinentia à carnibus ſtatis temporibus.

ſtram caſtigemus ac edomemus: non quòd carnes, vel eſus carniũ per ſe malus vel improbus ſit, ſed certis de cauſis, à me partìm iam ſuprà cõmemoratis. D. Auguſtinus, quem Luterus ipſe (in Scripto illo ſuo cõſolatorio pro fœminis, quibus incommodè ceſſit puerperiũ) Doctorum omnium principem vocat, & cui parẽ iamindè ab Apoſtolis Eccleſia Dei non habuerit, hunc ipſum in modum indè ſcriptum reliquit: Chriſtiani, inquit, Catholici edomandi corporis cauſa, propter animam ab irrationalibus motibus ampliùs humiliandã, non quòd illa eſſe immunda credant, nõ ſolùm à carnibus, verùm à quibuſdam etiàm terrę fructibus abſtinent, &c.

Contra Fauſtum lib. 30. cap. 5.

Itaque in Papatu nunquàm ea per-

persuasio hominum animos obtinuit, quòd esus carnium per se improbus sit, quòd carnes immundæ sint, quòd hominem coinquinent: sed quandò Ecclesiæ Dei ob alias quasdam non parui momenti & ponderis causas rationi consentaneum visum fuit, à carnibus certis anni temporibus abstinere, in istis carniuoris non nisi inobedientia, scissura, segregatio, & proterua rebellio repræhensa & castigata est, quòd ij tam procacitèr & audactèr legitimo Magistratui sese opponere, ab toto Christianorum cœtu se segregare, & absque causis necessarijs res nouas moliri non dubitârunt. Sed nè quis fortè putet nos rebus hisce modò fucum facere, atquì apud veteres Papistas rem longè alitèr habuisse: inspiciat Cō-

Concil. Ancyra. cap. 14. cilium Ancyranũ, quod ipſo quoquè Niceno vetuſtius eſt, habitum à nato Seruatore Anno 308. vbì iſthæc verba expreſsè legũtur: Qui à carnibus abſtinent, non eas tanquàm immũdas contemnãt. Conſulat item Toletanum Concilium primum, aduersùs hæreticum Priſcillianum, qui carnes ceu immundas reiecit, celebratum, vbì hunc Cap. 21. in modum habetur: Si quis dixerit vel crediderit carnes auium ſeu pecudum, quæ ad eſcam datæ ſunt, non tantùm pro caſtigatione hominum abſtinendas, ſed execrandas eſſe, anathema ſit. Haud diſſimiliter non modò ſacra Concilia omĩa tũ recẽtia, tum iã olìm habita, ſemper definiêrunt atq; ſtatuerũt, verumetiam ſancti & pij Catholicæ Eccleſiæ Patres omnes, D. Bernar-

nardus, qui ante quadringentos vixit & ſcripſit annos, itemq; ſcholaſtici Doctores omnes, Thomas de Aquino, Albertus Magnus, Bonauentura, Gabriel Biel, & eorum ſectatores ac diſcipuli ſenſerũt, docuerunt, ſcriptoque prodiderunt, vt nè quis exiſtimet carnes ceu immundas in Papatu vetitas & reiectas: aut eiuſmodi doctrinam traditam, quòd carnes edere, per ſe malum ac nefas ſit. Longè enim ſecùs ſeſe habet rei veritas, vt iam dictum eſt.

Scriptum prætereà quis neſciat, Chriſtum ipſum diſcipulos ſuos, quòd non ieiunarent, defendiſſe aduersùm Phariſæos, atq; dixiſſe, Nunquìd poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? Atquì eodem loco mox Luc. 5.

Ieiunium discipulorum Christi. ſubiungit Dominus: Venient autem dies, & cùm ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Quod quidem illos feciſſe conſtat poſt Chriſti in cælos aſſcenſionem, atque etiàm Chriſtianos omnes ad ieiunia adhortatos eſſe. *Act.13. et 14.* Itaque in Actis Apoſtolicis legimus: Miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spirituſſanctus &c. Et rursùs: Cùm cõſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias presbyteros, & orâſſent cum ieiunijs, commendauerunt eos Domino.

1. Timoth. 4. *Interdictio quorundã ciborum.* Ità nihilo minùs ſcriptum eſt quidem in Epiſtola Apoſtoli, doctrinas eſſe dæmoniorum vetare cibos: at tamen, quemadmodùm *Auguſt. contra Adimantum cap. 14.* tum D. Auguſtinus, tum alij omẽs Eccleſiaſtici Doctores interpretãtur,

tur, hos propriè deſignat Apoſtolus, qui non proptereà temperant à talibus cibis, vt aut concupiſcentiam ſuam refrænent, aut infirmitati alterius parcant: ſed quia ipſas carnes immũdas putant, & earum creatorem Deum eſſe negant. Nos autem, inquit, teneamus Apoſtolicam diſciplinam dicẽtem, quòd omnia munda mundis, ſeruata moderatione Euangelica, vt non grauentur corda noſtra cruditate & vinolentia. Hæc Auguſtinus. Tit. 1. Luc. 21.

Cùm igitur Pontificij vel Papiſtæ, id eſt, veri, antiqui, Euangelici atque Catholici Chriſtiani, nõ niſi bonum quendam & congruum modum atque ordinem inſtituerint cibis legitimè vtendi, neq; tamen in hoc ciborum diſcrimine vlla ex parte ſuam fidutiam collo-

cârint, aut illi immoderatiùs innixi sint, sed prorsùs ad Deum & ad spiritum retulerint & accommodârint: neq; hac quorunlibet temporum abstinentia quicquam spectârint aliud, nisi vt tempus ab labore ipsis vacuum diuinorum meditationi beneficiorum attribuerent, atque edomanda & humilianda carne sua, vbì ea rationi subdita esset, seipsos humiliores & promptiores redderent ad eadem Dei beneficia accuratiùs pensiculanda: cùm hæc, inquam, Catholici nunquàm non hac temperantia & abstinētia non à carnibus duntaxat, sed ab alijs etiam cibis & potionibus (vtì nec satanas ipse cum toto grege suo, etiamsi longè ille ferociùs agat, vnquàm negare potest) spectârint, non possunt sanè

allegata Apoſtoli verba ad Catholicos vlla ratione referri: maximè quandò idemipſe alibì dicit, Bonũ eſt non manducare carnẽ. Verùm Apoſtolus Sanctiſpiritûs actus inſtinctu, his verbis prædixit de hæreticis Tatianis, Marcionitis, Cataphrygibus, Adamitis, Manichæis, Euſtachianis, Priſcillianiſtis, qui poſteris temporibus exorti, coniugium, carnes & pleraſq; alias eſcas, tanquàm per ſe immundas, condemnârunt. Roman. 14.

At Catholici nihil eiuſmodi vnquàm attentârunt, ſed perpetuis temporibus coniugium non modò bonum & ſanctum exiſtimârunt, vtpotè ab ipſo præpotente Deo in Paradiſo inſtitutum, & ab Chriſto Domino in Cana Galilęę ipſius ſanctiſſima præſentia cohoneſta- Gen. 2. Ioann. 2.

neſtatum & confirmatũ:ſed etiàm
Ephes.5. iuxta Pauli doctrinam, magni Sacramenti loco habuerunt, de quo
Hebr.13. idem Apoſtolus alibì dicit, Honorabile connubium & torus immaculatus. Verumenimuerò ſempèr ijdemipſi Catholici virginitatem & cælibatum matrimonio prætulerunt, longeq́ue maioris gradûs & dignitatis eſſe cenſuerũt. Quòd ſi quæras,qua id illi authoritate vel ratione freti fecerint, audi Apoſtolum ipſum, illud vas electionis in-
1.Cor.7. dè loquentem: Qui matrimonio, ait,iungit virginem ſuam,benè facit: & qui non iungit,meliùs facit. Eundem in modum Papiſtæ (ſic enim iſti deſertores & apoſtatæ eos nominare ſolent)nullum cibũ contempſerunt, nullum reſpuerunt, nullum ceu immundum re-
iecerunt:

iecerunt: sed conuenienter doctrinæ Apostolicæ, omnem Dei creaturam bonam esse arbitrati sunt. In ipso enim mundi exordio cùm cuncta Deus condidisset, vidit ea omnia, & erant valdè bona, quemadmodùm diuinis est literis annotatum. At nihilo minùs abstinentiam, parsimoniam, temperantiã, modò tamen in Domino fiat, iuxta Pauli doctrinã, Qui non manducat, Domino non manducat, sublimiori ac præstãtiori loco collocârunt: idq; ab ipso Christo edocti, qui tametsi non adeò expressa oratione, at certè innocentissimæ atque sanctissimæ vitæ suæ exemplo satìs superq; significauit, multò tum sibi gratius & acceptius, tũ hominis saluti conducibilius, corpus perpetua potiùs castigatione

1. Timot. 4.

Genes. 1.

Roman. 14.

coërcere, quàm superfluo carniũ esu & vini potatione eius petulantiam magìs magisq́ue fouere.

Non id latuit sacratissimũ Christi Baptistam Iohannem: itaq; tam ásperam & rigidam ille vitam ducere voluit, perpetuis ieiunijs corpus suum macerans: vtì non tantùm à Christo Domino, totius mundi Saluatore, tam insigne & præclarum obtineret testimoniũ, quòd inter natos mulierum non
Matt. 11. surrexerit maior Iohanne Baptista: qui, vt eodem loco ait Dominus, venit neque manducans neq; bibens: verumetiam vt cum illo, cuius hîc fuisset p̃cursor, in om̃em æternitatem in cælis regnare posset: Cùm è diuerso nihil certius sit, quàm carnes edere, & id gen⁹ alia facere, non nisi papistis insultandi ani-

animo,(quēadmodùm noui Euangelij praxis habet) nō ſolùm nihil conferre ad obtinendam cæleſtis patriæ beatitudinem,dicente Apoſtolo, Non eſt enim regnum Dei eſca & potus:ſed etiam non mediocriter reformidandum eſſe, eiuſmodi procacium helluonū quandoquè ingluuiem deſituram, vbì in eis completa fuerit ea Seruatoris ſententia: Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtrā: Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis: quod quidem Væ,id eſt, æternam damnationem, à nobis omnibus præpotens Deus propitius auertat. Rom.14. Luc.5.

Ex his igitur alijsque iam allatis exemplis id vos colligite dilectiſſimi,non confeſtìm verbū Dei eſſe, vbì ex ſcriptis diuinis aliqua adfertur

tur ſententia. Vt enim D. Hiero- *Aduersùs Luciferianos.* nymus ait, ſcripturæ non in legendo, ſed in intelligendo conſiſtũt. Itaque licèt verba ipſa non ſecùs, quàm vt in textu habentur, adducantur, at tamen poteſt in ijſipſis dogma peſtiferum & hæreſis latére: non quidem ratione verborum ipſorum, ſed cauſa expoſitionis, ſensûs, mentis, & intelligẽtiæ non ſanæ.

Atque ſi vultis chariſſimi de tota cauſa ſummatìm & compendiò *Sacra ſcriptura, veſtis ouium.* inſtitui, ipſa adeò ſcriptura diuina veteris ac noui Teſtamenti, ea ouium veſtis eſt, qua pſeudoprophetas *Matt. 7.* & lupos rapaces ſe tegere ait Dominus, nè poſſint agnoſci: HOC eſt, ſcripturis & citatis ex veteri ac nouo Inſtrumento ſententijs perniciosę & fallaci doctrinę ſuę eiuſmodi

modi conciliare authoritatem, vt nullum vnquàm quisquam possit tam impium & execrandum confingere dogma, quin mox suî inueniat sectatores, modò dicere queat: Scriptum est enim illo atq; illo loco: Paulus ità docuit: Hoc pacto, neque secùs in scriptis APOSTOLICIS videre licet.

Certè reuerà non potest quispiã pseudopropheta doctrinæ suę plausibiliorem cõciliare speciem, neque faciliùs hominibus persuadere, vt ipsi fidem commodent, nisi vt eò illos adducat, vt putẽt ipsius doctrinam esse Christi doctrinam, esse Euãgelio, propheticisq; & Apostolicis scripturis consentaneam. Ea planè est egregia vestis ouina, sub qua liceat lupo delitescere, talique schemate & prætextu

non

non difficilè possint homines in fraudem impelli.

Ità nimirùm hanc ouillam vestem, de qua Christus loquitur, ante annos mille ducentos is, cuius suprà mentionem habuimus, præstanti doctrina & pietate Vincentius Lirinensis accepit & interpretatus est: idemq; inter alia expressè dicit: Vtuntur planè hæretici scripturæ diuinæ sententijs, & vehementer quidem. Siue enim apud suos, siue alienos, siue priuatìm, siue publicè, siue in sermonibus, siue in libris, siue in conuiuijs, siue in plateis, nihil vnquàm penè de suo proferunt, quod non etiam scripturæ verbis adūbrare conentur. Lege Pauli Samosateni opuscula, Priscilliani, Eunomij, Iouiniani, reliquarumq; pestium: cernas

nas

nas infinitam exemplorum congeriem, propè nullam omitti paginam, quæ non noui aut veteris Teſtamenti ſententijs fucata & colorata ſit. Sed tanto magìs cauendi & pertimeſcendi ſunt, quanto occultiùs ſub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi & ſimplices exhalentur: atque idcircò eos cæleſtis eloquij velut quodam aromate adſpergunt, vt ille qui humanum facilè deſpiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Itaque faciunt quod ij ſolent, qui paruulis auſtera quædam temperaturi pocula, priùs ora melle circũlinunt, vt incauta ætas, cùm dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet. Hæc ille.

Horum verò exempla ſi petantur, inſpiciatur primùm ſcriptura ipſa diuina, ac deindè vniuerſus Eccleſię decurſus, ab ipſis adeò Apoſtolis vſque in hanc noſtram ætatem, & obuia paſsìm erunt plurima. Nam quotiès aliquid tentatũ eſt, quantunuìs Deo, honeſtati & iuſtitiæ aduerſum, ſemper ſcriptura ſacra ad id accommodare ſeſe debuit, & eſſe pellis ouina. Immò verò ipſe teter cacodęmon cùm in hodierno Euangelio tentaret Dominum ac Seruatorem noſtrum, eiq́; perſuadere niteretur, vt è pinnaculo templi ſe deorsùm mitteret, an nõ ſcripturis vſus eſt, dicẽs, Scriptum eſt enim, Quia Angelis ſuis mandauit de te, &c? Neq; tunc ſolùm in eremo per ſeipſum ſcripturis adhibendis Dominum impugnauit:

pugnauit: ſed poſteà etiam per miniſtros ſuos & ſeipſum conatus eſt improbiſſimus & verſuta beſtia ſcriptis diuinis docere, Chriſtum non modò prophetam non eſſe, ſed etiam mortis reum eſſe. Legimus in Euangelio, cùm Iudæi Domini ſeruatoris ſermones audiuiſſent, quoſdam dixiſſe, Hic eſt verè propheta: alios verò, Hic eſt Chriſtus: quoſdam autem, Nunquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonnè ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & de Bethlehem caſtello, vbì erat Dauid, venit Chriſtus? Nec tamen ſat habebant, ex ſcripturis planum facere voluiſſe, eum neutiquàm eſſe ꝓphetam, ſed inſupèr, vt apud eundem Euangeliſtam legimus, clamabant, dicentes: Nos legem habemus, & ſecundùm le-

Iohan.7.

Iohan.19.

gem debet mori, quia filium Dei ſe fecit.

Quis non ad tantum prodigiũ ſummè admiretur & obſtupeſcat, quòd ſatellites teterrimi dęmonis, auſi ſunt legem & prophetas aduersùm legis & prophetarum DOminum & authorem allegare, atq; indè teſtatũ facere velle, non modò prophetam eum non eſſe, ſed iure quoquè neci dare oportere?

Iam verò ſi Chriſto ipſi, cùm adhùc in terris degeret, iſtuc accidit, non à dæmone tantùm, verùm etiam ab hominibus, quid nobis expectandum eſt? Si nequiſſimus ſatan, ſcripturæ totius Dominum hoc pacto ſcripturis ipſis oppugnare non dubitauit: quidnam illius adminiſtri contra nos miſeros vermiculos, qui Chriſti compara-

tione nihil sumus, non ausi erunt attentare? Atque sanè hac ratione etiam Apostolorum tempore cœpit ille Christianos incessere & impugnare, vtì Apostol⁹ ipse ad Corinthios & Galatas conqueritur, quosdam sub Euangelij prætextu sectas perditionis introduxisse. Vt ergò etiam Apostolorum ætate isthuc cœpit, ità deincèps per ætates omnes ab hereticis & falsis doctoribus omnibus idem factitatū est, fitque in hodiernum vsque diem, quemadmodùm sancti Patres & Ecclesiæ Doctores testātur, quicquid tandèm rarū & insolens quispiā cōminiscitur, mox scripturis ceu veste ouina vtitur, cogitq́; eam pestiferum dogma suum & tegere & tueri, quantunuìs malè quadret ad rem ipsam. Videat hinc, qui vo-

2. Corint. 11.

Galat. 1.

let, Origenem Homil. 31. in Lucã, & Homil. 3. in Exodum, Tertullianum de præſcriptionibus aduersùs hæreticos, Cyprianum de ſimplicitate Pręlatorum, Ambroſium in cap. 3. ad Tit. Hieronymũ contra Luciferianos, Hilarium in libr. ad Conſtantium, Athanaſij orationem 2. contra Arrianos, Chryſoſtomum in ſermone aduersùs hæreticos, Tom. 3, Auguſtinum lib. 1. contra Maximinum, & innumeris alijs locis.

Arrius hæreſiarcha.

Arrius hæreſiarcha, vt de illo literis proditum eſt, ſupra quadraginta ſcriptorum diuinorum ſententias habuit, quibus conabatur ſatanicum ſuum dogma adſtruere, Chriſtum non eiuſdem cum patre ſubſtantiæ eſſe: nec quicquam ille iactabat aliud, nec diſcipuli eius aliud

aliud crepabant, nisi ſcripturas ſcripturas, Euangelium Euangelium. Atquì nihil certius eſt, quàm vt ille ſcripturis vſus eſt, non eas Dei, ſed diaboli verbum fuiſſe.

Nouatus hæreticus itidèm ſcripturis vtebatur, citãs illud ex Apoſtolo: Impoſſibile enim eſt, eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritũs ſancti, & prolapſi ſunt, rursùs renouari ad pœnitentiam. Quæ verba ſi ab illo hac ſententia ꝓlata eſſent, vt diceret his alterum Baptiſmum prohiberi, id quod dictio illa, Renouari, quod in Baptiſmo fit, ſatìs indicat, quemadmodùm ab Ambroſio & Auguſtino obſeruatũ eſt, iam quidem Dei verba fuiſſent, nec Chriſtianus vllus toto orbe terrarũ con- *Nouatus.* *Hebr. 6.* *Ambroſ. li. 2. de pœniten. cap. 2. Auguſtin. in Epiſt. ad Roman.*

trà mutire auſus eſſet. At quandò ille verba hæc eò referre & interpretari voluit, tanquàm illis non Baptiſmi iteratio, ſed pœnitentia in peccata prolapſis negata ſit, iam tua fuêre verba deterrime ſatan, loquentis per Nouatum hæreticum, non verò Dei. Ipſe enim Spiritusſanctus, ex cuius inſtinctu tū hæc, tum alia omnia ſcripſit Apoſtolus, quiq; eſt ſumma & immenſa bonitas, ſpem in nobis excitans, nunquàm iſthæc verba hac voluit ſignificatione accipi, quaſi omnis nobis conciliationis ſpes præciſa ſit, ſi in peccata à Baptiſmo relabamur.

Ità ſunt hodieque, qui recèns *Anabaptiſtæ.* natos infantes Baptiſmi Sacramēto priuant, ad quos ſeſe plurimi ex omnibus Germaniæ regionibus &

& ditionibus adiungunt & con-
fluunt. Sed quid tandèm illi faci-
unt? Qua illi ratione isthuc homi-
nibus persuadere moliuntur? Qua
tandèm alia, quàm qua illorum ma
gister diabolus vsus est? vt hanc im
piam suam doctrinam asserant, ve-
ste ouilla eam contegũt, dicentes:
Scriptum est enim, Qui crediderit, *Marc. vlt.*
& baptizatus fuerit, saluus erit. Et
rursùs: Euntes docete omnes gen- *Matt. 28.*
tes, baptizantes eos &c. Quæ qui-
dem verba si ea sentẽtia proferan-
tur, quòd adulti, & qui legitimam
ætatem attigerint, possintque rati-
one vti, cùm ad Baptismum veni-
unt, fidem secùm adferre debeant,
vt sinè qua nemo DEO placere que-
at: qui verò in ea ętate fide destitu-
tus sit, eum saluum fieri non posse:
iam planè Dei verba sunt, nosque *Hebr. 11.*

ea omni, qua par eſt, reuerẽtia amplectimur & exoſculamur. At ſi his verbis infantes à Baptiſmo excludere velis, quòd fidem, quæ ex
Roman.10. auditu eſt, non habeant: iam tua ſunt verba improbiſſime ſatã, qui homini ſalutem inuides, & modis omnibus impedire conaris vbicunquè potes: neutiquàm autem Chriſti ſunt. Nam qui vult omnes
1. Timot. 2. homines ſaluos fieri, qui ꝓ omni-
Hebr. 2. bus guſtauit mortem, qui ſanguinem ſuũ ęquè pro paruulis atquè pro adultis fudit, nunquàm illos à regno ſuo, in quod ſinè Baptiſmo
Ioann. 3. ſuo, vel baptiſmi voto nulli patet aditus, excluſit: quin potiùs cùm adhuc in terris verſaretur, paternã ac ꝓpenſiſſimam erga illos voluntatem & beneuolentiam ſuam palàm declarauit, cùm diceret: Sinite
Matt. 19. paruu-

paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium eſt enim regnum cælorum. Itemq́;: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. *Matt. 18*

Sunt etiam hac noſtra tempeſtate, qui auguſtiſſimum Miſſæ ſacrificium, à Chriſto ipſo vero & vnico ſacerdote inſtitutum, reijciant, & ceu immanem abominationem & Dei blaſphemiam atque contumeliam in toto orbe proclamare non dubitent: cùm tamẽ Catholica Eccleſia in illo nihil gerat vel agat aliud, quàm quòd ex Chriſti Domini ſui mandato, eius corpus & ſanguinem, ſub panis & vini ſpecie, Deo patri cæleſti ſiſtit & offert, idque in commemorationẽ efficaciſſimi illius ac ſalutaris in *Miſſæ ſacrificium.*

 cruce

cruce litati ſacrificij, quod idẽ Dei filius in mortali corpore & ſanguine ſuo in totius mundi conciliationem in ſanctæ Crucis ſtipite semèl peregit. In quo nimirùm quotidiano ſacrificio ſuo, cœtus fidelium Deo patri cælesti ſummas agit grates ob partam Chriſti paſſione & morte redemptionem: admonet & precatur Deum, vt nobis efficacia eſſe, & ad ſalutem noſtram valere & cedere velit, quæ Chriſtus in cruce pro vniuerſo mundo confecit & impetrauit: velit eſſe placabilis Eccleſiæ ſuæ peccatis, mala omnia à nobis auertere, bona omnia ſuppeditare per Chriſtum Dominum noſtrũ, qui cauſa ſalutis noſtræ corpus ſuum in cruce morti dédidit, & ſanguinem ſuum ob noſtra expiãda peccata

cata profudit. Vide hinc Irenæum aduersùs hæreſes Valentini lib.4. cap.34.Cypria.lib.2.Epiſt.3.Chryſoſtomum in cap.epiſtolę ad Heb. 10.Homil.17.& de dignitate ſacerdotij lib.6.cap.4.& lib.3. ca.4. Auguſtinum de fide ad Petrum Diaconum, cap.19.Item ad Bonifaciũ de Baptiſmo Epiſt.23. & innumeris alijs locis.

Ità videlicet per omnes temporum ætates hoc ſanctiſſimum & præſtantiſſimum Chriſtianitatis ſacrificium habitum eſt, in quo ecclesia Dei omnẽ ſuã ſpem & perfugium conſtituit & collocauit, neque aduersùm peccata & vitia ſua aliam poteſt capere conſolationem, quàm vt filium Dei, nobis datum in ſalutẽ, plena fide appræhendat, coram Deo illum ſiſtat &

exhi-

exhibeat, per eius merita veniam peccatorũ petat, & quicquid præterea suæ tum tẽporariæ, tum sempiternæ saluti necessariũ est. Cùm eñ miserijs & calamitatibus pressi sumus & circundati, quid liberationis impetrandæ causa vel possumus vel debemꝰ aliud offerre DEO, quàm ipsum adeò Christi corpus, nostræ salutis ergô neci oblatum ac deditum? Quandò peccatis præoccupamur, quid (obsecro) ad obtinendã veniam coram Deo possumus adferre efficacius, quàm salutiferum preciosumque Domini ac Seruatoris nostri sanguinẽ, qui ob nostra & totius mundi expianda & aboléda errata in cruce fusus est? Atque vt rem in peccata conferam, vbì nostrę vires deficiunt, à Christò inprimìs Deo ac saluatore

noſtro, nec perindè vſquàm alibì, opem auxiliumq́ue poſcere debemus.

Vt verò Catholica Chriſti Eccleſia omne ſuum ſolatium, totamq; ſalutis ſuæ ſpem in hoc ſancto, mũdo & ſalutifero ſacrificio conſtituit, vtpotè in quo Chriſti chariſmata & merita, tanquàm ſuum ſibi diuinitùs donatum theſaurũ, aſſeruata inuenit: ità his noſtris extremis temporibus apud pleroſq;, qui Euangelici prędicantes dicuntur, nullum eſt crimen capitalius in terris, nulla deterior in Deum contumelia & abominatio, quàm ſacroſanctum & verum Chriſti Ieſu corpus & ſanguinẽ in altari vocare ſacrificium, & ſacrificij habere loco. Ijdemq; proh dolor in compluribus prouincijs & ditionibus

id

id iam effecerunt, vt iuxta Danie-
Dan. 8. & 11. lis vaticiniũ, & Christi Iesu inter-
Matt. 24. pretationem, iuge sacrificium pro-
fligatum & abolitũ sit. At quî tandèm illi se gerunt? Quibus vijs & artibus isthuc hominibus persuadere nituntur? Nimirùm huic suæ satanicæ & impię doctrinę vestem ouinam induunt, dicuntque perindè vt satanas in hodierno Euangelio: Scriptum est enim, Christus
Hebr. 9. semèl oblatus est ad multorum ex-
haurienda peccata. & rursùs: Vna
Hebr. 10. oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Quæ dicta Apostolica cùm sic accipiuntur, quòd Apostolus his velit, corpus Christi semèl duntaxat visibiliter & sensibiliter in ara crucis oblatũ, sicque semèl tantùm in totius populi conspectu pro nobis mortem

eum

eum oppetijsse, neque deincèps eiusmodi cruentum sacrificiũ expectandum, quippe quod nec necessarium sit, cùm vnicum hoc sacrificium abundè sufficiat toti humano generi in libertatem vindicando, mortalibus omnibus à peccatis expiandis, sanctificandis, iustificandis: Cùm sic, inquam, Apostolus intelligitur, dubium non est quin sit Dei verbum, nosque illud summa cum veneratione & reuerentia excipimus. Certũ est enim & indubitatum, quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, nec mors illi vltrà dominabitur. At verò si hoc pacto Apostolũ interpretari velis, quòd incruentũ sacrificium, vt Ecclesiæ Doctores atque etiam Ephesina Synodus illud nominant, in quo memoria &

Roman. 6.

Gregor. Naziãze. ad Episcopos.

Cyrillus contra Nestoriũ.

Concilium Ephesinum.

& repræſentatio agitur & exhibetur ſacrificij illius, quod ſummus ſacerdos & pontifex, DOMINUS noſter Ieſus Chriſtus in cruce pro nobis peregit, iam porrò in Eccleſia hanc ob cauſam fieri & exhiberi non debeat, hactenùs quidē tuum verbum eſt maligne dæmon, qui per ſatellites tuos, & indubitatos Apoſtoli tui Antichriſti antecurſores hominibus perſuadere moliris, vt hoc auguſtiſſimo atq; ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio contemnendo, meritis perpeſſionis & mortis Chriſti ſeſe priuent: prorſùs autem minimè eſt verbum DEI. Enimuerò Spiritusſanctus, ex cuius afflatu iſthęc Paulus ſcripſit, nūquàm ea voluit hac ratione accipi: quemadmodùm præter alios complures, quos in præsèns ſtudio bre-

breuitatis prætereo, D. Chryſoſtomus dexterrimus Apoſtoli interpres, in memoratam ad Hebræos Epiſtolam ſcribens, diſertis verbis teſtatur. *Chryſo. in 10. cap. ad Hebr. Homil. 17.*

Sunt itidèm nonnulli hoc æuo noſtro, qui incredibili temeritate auſi ſunt cõdemnare, & velut idololatricum planeq́; ethnicum ſpectaculum toto orbe proclamare ac traducere laudatiſſimum atq; celeberrimũ corporis Chriſti feſtum, in quo corpus & ſanguis Chriſti ſub panis ſpecie in orthodoxorũ quidem ſolatium & confirmationem, hęreticorum verò omnium, corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia veritatem negantium, confutationem & inſultationem, publicitùs ſumma cum reuerentia & diuina adoratione circunfertur, *Feſtum corporis Chriſti.*

vt hoc ipſo coram toto orbe noſtram teſtemur fidem, nos in hoc celſiſſimo Sacramento non ſimplicem panem, ſed verum Chriſti corpus & ſanguinem credere & confiteri, confirmatos illis Domini Seruatoris verbis, Hoc eſt corpus meum: non vtiquè exangue, ſed perfectum & integrum. Atque hi quidem Eccleſiæ Dei perduelles, & omnium piarum cæremoniarum hoſtes, permultis locis rem eò ferè adduxêre, vt iam dictum diuinum atque pietati Chriſtianæ congruentiſſimum corporis Chriſti feſtum, ceu abominatio quædam & Dei contumelia, abrogatum ſit.

Matt. 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22.

Quòd ſi nôſſe cupias, quo pacto id illi effecerint, non dubium eſt, illos ſatanicam opinionē ſuam

veſte

veste ouilla induisse: & vt diabolus, illorum pater, in Euangelio hodierno Christo Iesu, quem tentabat, dixit, Scriptum est enim: ità & illi, quô suam in Deum blasphemiam miseris tanto faciliùs persuadeãt, Scriptum est enim, inquiunt, Accipite & comedite: HOC est corpus meum, HOC facite in meam commemorationem. Itemq́;, Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus noui testamenti &c. *Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.*

Quæ quidem verba institutionis præcelsi huius Sacramẽti cùm eum in modũ intelliguntur, hanc potissimùm Christi testatoris siue institutoris voluntatem, mandatũ, mentemq́ue fuisse, vt per hoc præstantissimum sacramentum ipsius apud credentes memoria celebretur & agatur, ipsomet dicente, HOC

1.Cor.11. facite in meã commemorationẽ: vndè etiam Ecclesia Dei, quô hanc Christi memoriam tanto meliùs filiorum suorum, omnium orthodoxorum Christianorum animis affigere & imprimere queat, præter communionem & sumptionem, etiam coram oculis fidelium præcipuum hoc Sacramentum rectè atque laudabiliter summa cum veneratione spectandum exhibet atque circumfert: cumq; prohdolor charitas in nobis planè refrixerit, atque ad huius perceptionem Sacramenti adeò desides, tardi & planè fastidiosi simus, adeò vt om̃is propemodùm Christi ac ingentium beneficiorum eius, quæ ille tam multis in nos modis conferre non destitit, apud nos omninò abolita sit, hunc thesaurum salutiferum

rum etiam in plateis nostra causa gestat, perindè àc si solicitæ & fidissimæ parẽtis instàr, nobis amantissimis filiolis suis dicat: Quæso dilectissimi filij mei, num prorsùs obliuioni dare vultis, quàm præclarum vobis Christus Dominus & Saluator vester thesaurum reliquerit? Cur tandèm, obsecro, spem & fidutiam vestram collocatis, cur voluptatem & prosperitatem non nisi in rebus fluxis, caducis, temporarijs aucupamini, cùm tamen in ijs nulla durabilis voluptas vel salus esse queat? Quæso vel tãdèm ad vosipsos redite, in vosipsos descendite, oculos vestros animosq; huc aduertite, & cælestẽ hunc thesaurum cõtemplamini. Quid, oro, benignus & indulgentissimus Deus præstantius & excellentius vo-

bis largiri potuisset, quàm vnicum eundemq́; amantissimum filium suum? Quid verò etiam Christus Dominus & Seruator noster preciosius atque perindè salutiferum habuit, atquè seipsum? En hîc vobis inuenire licet, quod solidam salutem & sempiternam vobis queat adferre voluptatem.

Quandò igitur, inquam, verba Christi, quibus cœnam sacrosanctam instituit, hoc pacto accipiuntur, iam Dei verba sunt, & nos ea, pro eo atquè par est, summa cum reuerentia ità recipimus. Porrò si ijsipsis fretus, contemnere & damnare quis velit Christianum, religiosum & laudatissimum Ecclesiæ morem, quò solet ea hoc præstantissimum Sacramentum ante fores & oculos fideliũ circunferre,

vtì

vtì Christi memoriā in eorum animis refricet, deuotionem erga hoc præcelsum Sacramentū in eorum pectoribus excitet, fidemq; aduersùs Sacramentarios vel Sacramēti oppugnatores & omne genus vanissimas & fallaciosas hęreses confirmet: iam reuerà tua sunt verba perditissime satan, qui per egregiū organū tuum Nicolaum Gallum Ratisponensem concionatorem, omnem Christi memoriā in mortalium pectoribus penitùs obliterare ac delere conaris: nec vllo pacto Dei verba dici possunt. Qui enim discertis & expressis verbis pręceptiuè dixit, Hoc facite in meam commemorationem: quique per hoc Sacramentum suî memoriam apud fideles sartam tectam conseruari vult, quînam ille gra- Luc. 22. 1. Cor. 11.

tum habere nolit, quòd ipsius fidissima sponsa, Ecclesia Catholica, hac tam insigni processione, ipsius memoriã penitissimè animis credentium infigit, atque apud illos tam præclarè & solenniter conseruat? tum præterea aduersùs Berengarium, Petrum Abailardum, Henricianos, Petrobussianos, Zuinglianos, priscos & nouos Sacramentarios, coram orbe vniuerso suam profitetur fidem? nempè, sub panis specie verum corpus & sanguinẽ Christi haberi: cuius confessionis etiam omnes illius filios & orthodoxos Christianos non modò nõ pudere debet, verumetiã de hoc ipso Euangelio, id est, de annunciatione crucis & mortis Christi gloriari, lætari, triumphare conuenit: siquidem in huius rei fidem & te-
stimonium

ſtimonium eumipſum, qui noſtra cauſa cruci ſuffixus, noſtra cauſa neci datus eſt, proceſſionibus, cereis, vexillis, cantionibus, campanarum pulſationibus, MIſſis, octauis, vt Gallus hinc ſcriptitat, deniquè in ſumma, cum ingenti gaudio & iubilo, ſed panis ſub ſpecie, per plateas, per forum publicitùs circunferũt, honoremque, quem Chriſti corpori impendere tenemur, eidemipſi corpori, ſub panis ſpecie re vera & ſubſtantialiter atque corporaliter præſenti palàm exhibent, atq; hocipſo teſtantur, ſe Chriſto Domino citra vllam hæſitationem toto pectore fidem commodare, dicenti, Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. *Luc. 22.*
Ità nimirùm tota ea proceſſio, quę in feſto corporis Chriſti agitur *Proceſſio in feſto corporis Chriſti.*

vbiquè in Ecclesia catholica, reuerà nihil est aliud, nisi luculēta quædá & efficax crucis & mortis Christi annunciatio, insigne iubilum, atque iucundus triumphus, quòd satanas per crucem ꝓtritus & elisus, quòd mors nostra Christi morte superata, ꝙ cælestis regni hæreditas nobis parta & cōciliata est.

Quid verò isthuc aliud est, Galle, nisi Euangelium ipsum? nempè quòd non pudet nos dicere cum
Galat. 6. Apostolo: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Nos quidem nihil aliud nouimus, nos nulla alia re gloriamur, nos nihil aliud scire nos arbitramur, nisi Iesum Christum, &
1. Cor. 2. 1. Cor. 1. hunc crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, &c. Atq; vtinàm faxit præ-

potens

potens Deus, ô Galle, nè hac quo-
què calamitosa tempestate id ge-
nus homines extent, quibus crux
& mors Christi (in cuius memoriã
& commemorationem nos isthuc
festum celebramus, gestamus cor-
pus eius, qui nostra causa in crucẽ
actus est, atque hoc ipso coram or-
be vniuerso testamur, nos Christi
crucifixi nec minimùm pudere) fa
xit, inquam, Galle, Dominus De-
us, nè inter vos Euangelicos buc-
cinatores, eius farinæ complures
inueniantur, quibus id scandalo
sit, qui id stultitiæ loco habeant,
quos veritatem ipsam, vbi ea de sui
corporis veritate loquitur, Hoc est
corpus meum, non pudeat men-
dacij insimulare & arguere, quan-
dò veram & substantialem atque
realem eius præsentiam in hoc ve-
nerabili

nerabili Sacramento negant.

At interìm tamen his omnibus posthabitis, nos Galle nihilominùs pergimus iucundis animis & cordibus fidem nostrã propalàm coram toto mũdo confiteri, nihil prorsùs neque tuo, neque aliorum garritu absterriti. Id enim ꝓ comperto nos habemus, hanc nostram actionem scripturæ diuinæ neque dissentaneam, neque contrariam esse: nouimus quoquè, malignum dęmonem (quippe qui non ignoret salutem nostram vel maximè in hac perpetua Crucis & mortis Christi commemoratione ac meditatione sitam esse) perquàm sedulò id agere, vt nos hinc auocet, nostrisque ex animis hanc euellat. Sed quanto ille isthuc agit maiori contentione, cura, studio & labore,

re,

re, tanto nos illi accuratiùs & constantiùs obluctari debemus.

Si quidem tu ex nobis percontareris Galle, quidnam sibi velit, quòd nos hac die tam celebrē agimus solennitatem, quòd Eucharistiam per plateas & loca publica circunferimus, quòd tot cereos & luminaria accendimus, quòd non modò cantu, sed etiam omnis generis musicis concentibus singulari quadam iucunditate vtimur: nos tibi breue quidem & simplex, sed verum tamen ac benè fundatum responsum eiusmodi redderemus.

Videlicet isthuc nostrum est euangelium, cuius nos non solùm nihil pudet aut piget, verumetiam indè cum Apostolo gloriamur. Christus Iesus Dominus ac Serua- Roman. 1.

tor

tor noſter, in illa ſuprema cœna ſua corpus & ſanguinem ſuum nobis ſumendũ dedit: ità vt ſiue edamus & bibamus ea ore, ſiue conſpiciamus, & appræhendamus fide, ſimul cogitemus & animo perpendamus, hoc idem eſſe corpus, quod ꝓpter nos neci datum: hunc eundem eſſe ſanguinem, qui in cruce propter nos fuſus ſit. Itaque nos omnibus ſpectandum exhibemus, itemque veneramur & adoramus idemipſum verum Chriſti corpus, quod pro nobis cruci ſuffixum eſt, idque ſub ea ſpecie, in qua ipſe ſeſe diſcipulis ſuis ſumendum præbuit. Atque in hocipſo & de hocipſo fatemur nos gloriari: agimusque triumphum de morte ſuperata, & de diabolo per Chriſtum crucifixum proſtrato ac profligato:

fligato: vnaque Deo Patri cælesti totis animi visceribus omni cum summissione gratias agim⁹, quòd nobis per crucem & mortem vnici filij sui peccatorum veniam, filiorum Dei adoptionem, & regni cælestis hæreditatem pro sua benignitate & clementia impertiuit.

Quanto igitur acriùs malignus satan per Gallum, & eius farinę alios, nostris in pectoribus horũ tam ingentium Dei beneficiorum memoriam penitùs obliterare contendit, tanto nos ardentiùs & maiori desiderio ea certis quibusdam instituendis temporibus ac diebus, signis externis, imaginibus, vestibus, gestibus, atque omnigenis cęremonijs animis nostris affigere & complecti studemus: simul etiam adhortantes & admonentes cha-

charissimos in Christo fratres & sorores nostras, veteres orthodoxos atque catholicos Christianos, vt factis & re ipsa declarent, atq; coram omnibus testentur, se huius Euangelij confessionem nulla ex parte subterfugere vel reformidare, ipsosque crucis & mortis Christi, cuius in hac solẽnitate memoria cum gaudio & triumpho celebrat̃, nec tantillùm pudere. Quem enim huius Euangelij, quem crucis & mortis Christi pudet, is profectò dignus non est, qui Christianus vocetur: nec est quòd ea expectet præmia, quæ Christus Dominus illis solis pollicitus est, qui omnem spem & fidutiam in ipsius cruce & morte potissimùm col-
Luc. 9. locârunt. Qui me erubuerit, inquit ipse Christus, & meos sermones,
hunc

hunc filiꝰ hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſua. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo, qui in cælis eſt. Semper ergò Chriſtum Deum ac Dominum noſtrum cõfiteamur, idq; non fide duntaxat, ſed etiam ore: non tantùm intrinſecùs corde, ſed etiam extrinſecùs his atque alijs id genus cęremonijs & geſtibus, quibus fides illuſtratur: adeoque inuito malo dæmone & toto ſodalitio eius, Crucis & mortis Chriſti immenſa beneficia, præcipua animi deuotione & vera exultatione perpetìm celebremus: hoc ipſo meritorum & mortis eius participes hauddubiò futuri, noſtræq; huius conſtantiæ in vita æterna ampliſſima præmia recepturi. *Matt.10.*

k Nimìs

Nimìs quidem prolixus futurus ſim, ſi praua dogmata & impuras hæreſes, quæ ſub verbi Dei prætextu hac tēpeſtate hincindè ſeruntur, recenſere pergam. Probè quidem vos aſſecuti eſtis, dilectiſſimi, ex allatis exemplis, non continuò Dei verbum eſſe, cùm è ſcriptis Biblicis ſententiæ allegantur: immò verò, quemadmodùm ſatanas in huius diei Euangelio, Chriſto perſuaſurus, vt è templi pinnaculo ſe deorsùm mitteret, hoc argumento vſus eſt, Scriptum eſt enim, inquiens: ità etiam adminiſtros illius, hæreticos & impoſtores cōcionatores, cùm nobis perſuadere inſtituunt, vt à ciuítatis Dei in monte excelſo poſitæ, id eſt, ab Eccleſię Catholicæ doctrina & fidę in hoc vel illo articulo nos ſeparemᵘˢ, iamtùm

tùm perpetuò contenta illos voce clamitare, Scriptum eſt enim. Neceſsè eſt igitur dilectiſſimi, cauti vt ſimus, nec facilè cuilibet iſthac ouina pelle tecto fidem commodemus.

Neque tamen hoc ità dixerim, quaſi incunctanter pro hæretico & pſeudodoctore habendus ſit, quiſquis doctrinam ſuam ſcripturæ diuinæ adferendis ſententijs confirmet. Minimè gentium id putandũ eſt, niſi quis hocipſo peccare velit in Spiritumſanctum, cuius inſtinctu ſancti Apoſtoli & ꝓphetæ ſacra Biblia conſcripſerunt. Sed hoc indicare volebã, ſcripturam ſacram ità comparatam eſſe, vt in omnem partem detorqueri poſſit: ità vt ſi quiſpiam hæreticus prauum dogma ſuum pertinaciter

ac mordicùs retinere velit, nullo negocio, ſententiam quandam indè poſſit excerpere, quam iniecta manu ad improbum & peruerſum dogma ſuum accõmodare & contorquere queat. Non ergò ſatìs eſt dixiſſe, Scriptura ꝓ me facit, Fides mea germanũ & verum eſt Euangelion, Apud me eſt purum putũ Dei verbũ. Poteſt enim perquam facilè id accidere, vt verbis quidem Euangelij quiſpiam inſtructus ſit, & tamen mente & intellectu eorũ deſtitutus ſit: ſicque ſub veſte ouilla, id eſt, ſub Euangelij colore lupus & error deliteſcat.

Euangelium quidem veriſſimũ eſt, Biblia ſacra veriſſima ſunt: Vetus pariter atq; nouum Teſtamentum totum atque vniuerſum ſumma cum reuerentia recipimus & ample-

amplectimur. Et quid vis ampliùs? Immò verò non poterit vnquàm Gallus, Rauschius & tota sectariorum turba planum facere, nos vel literam, vel iota vnum, vel minimum apicem scripturæ diuinæ reijcere vel negare, minimeq́ue pro vero ac diuino amplecti. Non potestis negare, quotquot estis sectarij & sectarum complices, totam scripturam sacram vos à nostris, atque etiam vestris charissimis Maioribus, qui probi, Catholiciq́; Christianæ religionis cultores fuêre, & nouam atq; commentitiam religionem vestram prorsùs ignorârunt, accepisse, quemadmodùm etiam Luterus ipse liberrimè disertisq́ue verbis confitetur, scribens duobus parochis huncin modū:

Nos verò confitemur sub Papatu *Luterus ad duos paro-*

chos de Anabaptismo, Tõ. 2. fol. 267.

multum esse Christiani boni, adeoque omne bonum Christianum, atque indè etiam ad nos peruenisse. Videlicet fatemur, in Papatu esse sacram scripturam, verum Baptismum, verum altaris Sacramentum, veras claues in peccatorũ remissionem, verum verbi ministerium, verum Catechismũ, putà, orationem Dominicam, Decalogum, et articulos fidei &c. Hæc ille. Vndè igitur controuertitur, vndè mutua hæc lis & cõcertatio, si quidem Papistæ æquè habent Euangelium, æquè vetus ac nouum Testamentum, vt illi, qui à Papistis, id est, antiquis & germanè Catholicis sese segregârunt, nouumq́ue sibi nomen confinxerunt, dum mâlunt dici Euangelici, quàm cum suis & nostris dulcissimis Patribus, iam cum Christo in illa vita sempiterna regnantibus,

cun-

cunctisque alijs orthodoxis, quaquauersùm toto terrarum orbe diffusis, Catholici Christiani appellari?

Equidem paucis vobis aperiam charissimi, in quo controuersia omnis sita sit. Vestis ouilla iusignis authoritas, fallaciosus quidam prętextus & fucus est istorum nouorũ dogmatistarum, quandò illi nomẽ Euangelicum sibi vsurpârunt, nobis detraxerunt, perindè àc si illi Euangelium habeãt, nos minimè: cùm tamen non de Euangelio neque de scriptura, sed de intelligentia & interpretatione sit inter nos controuersia & disputatio. *Hilarius lib. 2. de Trinit.*

Scripturam quidem, id est, scriptam literam veteris ac noui Testamenti possunt habere hæretici omnes: sed si huius g[illegible]ium ac ge-

 nuinum

nuinum velis ſenſum & intellectum aſſequi, non ſanè is tibi quærendus eſt apud hæreticum, ſed nec apud alium quencunq; vnum hominem, qualiſqualis ille ſit: non eſt enim quiſquam tanta doctrina præditus, neque ſuæ rei adeò certus, quin aliquandò hac in parte falli poſſit: ſed nec cuiuſquã mortalium toto orbe terrarum tanti apud nos fieri debet eruditio vel vitæ ſanctimonia, vt in re tãti momenti, in qua non vile quippiam, ſed omnis ſalus noſtra ſita ſit, per omnia in omnibus illi credere velimus: cùm ſcriptum ſit, Omnis homo mendax, & poteſt eſſe errori obnoxius: id quod in ſanctis Patribus & Eccleſiæ Doctoribus pleriſque ſatìs ipſa nos docuit experientia.

Pſal. 115.

Quis

Quis, oro, Adamãtio illo Origene eruditior, & in ſcriptis diuinis exercitatior extitit? Et tamen libri illius non paucis ſcatẽt benè craſſis erroribus.

Quis tanto fuit Chriſtianæ fidei propugnandæ zelo præditus, vt D. Cyprianus, qui eo nomine tandèm etiam ſanguinem fudit? Atquì ille ipſe vir tantus, humanũ quiddam paſſus, in errorem de rebaptizandis hæreticis, poſteà in Concilio quodam damnatum, lapſus eſt.

Sed neque D. Hieronymus nulla ex parte hallucinatus eſt: quod idem de Tertulliano, Auguſtino, & reliquis ferè omnibus ſentiendùm eſt.

Si quem ergò eiuſmodi velis ſcripturæ interpretem, quem cer-

tum ſit minimè tibi imponere, teq́; in errorem inducere, talis profectò tibi quærendus eſt, qui nec labi, nec errare queat: alioquì difficilimè id impetraueris. Atquì verò vndè aliquem eiuſmodi petiturus es? Agedùm equidem tribus verbis eum tibi commõſtrauero. Tenes, opinor, ſacroſanctæ fidei noſtræ duodecim articulos. In ijs ſuum locum etiam iſte obtinet, *Credo ſanctã Eccleſiam Catholicam*. Dum ergò audis, Catholicam, in hac ipſa voce ſeu dictione eiuſmodi tibi oſtenditur ſcripturæ expoſitio, quæ nec errare poſſit, neque te in errorem adducere. Habes hîc verã, certã, & quã nemo inficiari, nemo in diſputationem rapere poſſit; notam, qua ſcripturæ interpretatio, rectáne ſit, an praua, queat internoſci.

Si

Si ergò ea interpretatio ſit Catholica vel vniuerſalis, dubitari nō debet, quin vera ſit. Si verò catholica non ſit, non ab Apoſtolis & eorū ſucceſſoribus prædicata, non recepta in Catholica Eccleſia & vſurpata, & vſque in præſens à maioribus noſtris ad nos in omēs has regiones perducta, ſed nupèr admodùm in hoc vel illo angulo ab vno aliquo commenta, & è tenebris educta, porrò nunquàm anteà eum in modum habita, prædicata, tradita: nec tum quidem dubitari debet eiuſmodi interpretationem, quantunlibèt externam ſcripturæ literam iactitet, falſam atque improbam eſſe.

Catholicum enim, cui vera & omnis impoſturæ expers ſcripturę expoſitio pariter alligata eſt, idē eſt

Contra Gaudent. Donatistam, & Sermo. 13. et 181. de Tempore.

est cum eo, vt D. Augustinus interpretatur, quod semper & vbiquè est, semperque perdurauit, atq; ab ortu solis vsque ad occasum vnius fidei splēdore diffunditur: & iamindè ab Apostolis vsq; in pręsens sinè intermissione & absque vlla diuulsione & dilaceratione toto orbe terrarum, quaquauersùm patet nomen Christianum, perseuerauit atque permansit.

Quòd si hac in re D. Augustinus cuipiam non satisfacit, neque satìs locuples testis videtur, cui fidē accommodet, is agè audiat filiū Dei, æternam patris sapientiam, Christum Iesum Dominum ac Seruatorem nostrum. Qui cùm discipulos suos potestate & authoritate scripturas interpretandi, veramq; & salutiferam fidem docendi instruxisset,

ſtruxiſſet, an non id mandati eis dedit, vt irent in mundum vniuerſum, & prædicarent Euangelium omni creaturæ? An verò putandũ eſt, eos hoc ſui Domini & Magiſtri mandatum neutiquàm executioni dediſſe? neque illud Prophetæ regij vaticinium completum, dicentis, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum? Atquì nullã omninò dubitationẽ habet, eos iſthuc ſumma fide & quàm fieri potuit accuratiſſimè eſſe executos, verãq; & rectam fidem, à qua legitimá & germana ſcripturæ expoſitio abeſſe non poteſt, annũciatam & propagatam eſſe in totum orbem terrarum, (teſte Apoſtolo ipſo, dum ſic ad Romanos ſcribit: Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo)

Marc. vlt.
Pſalm. 18.
Vbique.
Roman. 1.

do) totiq́ue prædicatam humano generi, cuiuſcunq; ſtatûs, ordinis, cõditionis, ætatis, familiæ, & gentis ſint, eodem Apoſtolo itidèm teſtante his verbis: Non eſt diſtin-
Rom. 10. ctio Iudæi & Græci. Itemq́;: Non
Coloſ. 3. eſt Gentilis & Iudęus, circuncifio
Gal. 3. & præputium, barbarus & Scytha, ſeruus & liber, maſculus & fœmina: ſed omnia & in omnibus Chriſtus. Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Deniquè apud omnes populos & nationes, & regna omnia, dicente
Actor. 10. Apoſtolo Petro: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiã, acceptus eſt illi: itemq́; in D. Ioannis

nis Apocalypsi: Redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. *Apoc. 5.*

Nè quis verò Sacramentarius, aut quispiam noua fide imbutus, sibi persuadere velit, quandoquidem ipsorũ hæreses in multa iam amplissima regna, regiones ac ditiones irrumpunt, eapropter ipsorum scripturæ explanationem catholicã esse, nobis verò hãc ipsam ob causam, quòd ad Catholicæ fidei nostræ assertionem & probationem attinet, non parùm virium decessurum: nôsse vos debetis dilectissimi, ad Catholicũ illud non solùm, VBIQVE, sed etiam SEMPER, pertinere: hoc est, vt germana & Christiana scripturæ interpreta- *Semper.*

pretatio non modò vbiquè, ſed etiam ſemper recepta & vſurpata ſit. Dei nanque Eccleſia (in qua ſola, vtpotè quæ Spiritumſanctũ acceperit, nè vlla ex parte in errorem labi poſſit, vera ſcripturæ ſacræ expoſitio obtineri poteſt) nõ eſt inſtàr aliorum humanorũ cœtuum (quod quiſpiam exiſtimare poſſit) muro quodam circũdata, nec breuibus quibuſdam temporis ſpatijs incluſa, ſed origine & duratione ipſi mundo par eſt, & cum ipſo mundo condito ſumpſit exordiũ, & ad ſupremum vſq; mundi diem
Pſal. 47. permanebit. Deus enim fundauit eam in æternũ: qui alibì dixit, Eccè
Matt. 28. ego vobiſcùm ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: & rursùs alio loco: amèn di-
Luc. 21. co vobis, quia non præteribit generatio

neratio hæc, donec omnia fiant. Non eſt ergò, quòd ſibi quiſpiam nouæ fidei homo perſuadeat, ſuam fidem eo nomine Catholicam dici poſſe, etiamſi per regiones & regna omnia longè lateque haud ſecùs propagata ſit, atquè olim hæreſis Arriana vnquàm fuit. Nanq; etiamſi poſſibile foret eam, permittente Deo, obtinere vbiquitatem, vt ità dicam: nulla tamen vnquàm ratione fieri poterit, vt eius farinæ homines, dogmata ſua perpetuis temporibus & ſemper perdurâſſe, docere queant.

Quandò igitur inter nos controuerſia eſt, nõ de Euangelio à Matthæo, Marco, Luca, Iohanne conſcripto: non de alijs ſcriptis Apoſtolicis, quæ ſectarij haud ſecùs atquè nos à maioribus noſtris incor-

rupta acceperunt: non deniquè de veteri ac nouo Teſtamento, quod nos Catholici cum omnibus ſuis partibus omninò integrũ recipimus, retinemus & confitemur: ſed de intellectu & interpretatione illius. Vt enim D. Hilarij verbis vtar, De intelligẽtia hæreſis eſt, non de ſcriptura: hanc ergò ob cauſam, nè vos dilectiſſimi egregio ſplendore tot ſcripturarum, quibus ſeſe pſeudoprophetæ tanquàm ouilla veſte nunquàm non contegere ſolent, in hæreſes abducamini, habetis iã ex me certum, ꝓprium, indubitatum, in diuinis fundatum literis, & ipſius Chriſti Seruatoris noſtri ore comprobatum ſignum, vndè doctrinas, num rectæ an prauæ, veræ an falſæ, Chriſtianę ac pię an ad ſeducendum comparatæ ſint, abſq; vllo

vllo errore, nullo negocio internoſcere & ſecernere queatis.,,

Videlicèt, vbi ſcripturæ ea interpretatio, quæ in medium profertur, (de interpretatione enim, vt ſatìs iam dictum eſt, non de ſcripturis inter nos lis eſt & concertatio) Catholica eſt, ità vt iuxta Chriſti mandatum in toto orbe prędicata, & ſecundùm eiuſdem Seruatoris pollicitationem, dicētis, Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, eo pacto iamindè ab ipſius Chriſti & Apoſtolorum tempore, per eiuſdem Domini Ieſu præſentiam perpetua temporum ſerie ſemper retenta & recepta ſit: iam planè certum ac indubitatum habere debemus, eiuſmodi doctrinam & interpretationem, quandoquidem Ca- *Matt. 28.*

tholica eſt, etiam rectam, veram & Euangelicam eſſe. Id enim ſecùm adfert ipſum *Catholici* nomen. Nec vlla ratiõe ſecùs ſeſe res habere poteſt, etiamſi Nicolaus Gallus longè impotentiùs bacchetur atq; ringatur, totusq́ue in id incumbat, vt non modò *Catholicam*, ſed etiam, *Vnam Apoſtolicã*, in ſuo illo impio de Chriſtiano corporis Chriſti feſto, nupèr edito libello reijciat & explodat: cùm tamẽ eaipſa verba, tanquàm certa & nullam admittentia diſputationem ſigna, vndè vera Dei Eccleſia poſſit citra errorem agnoſci, in Symbolo Niceno, vbì dicitur, *Vnam, Sanctam, Catholicam & Apoſtolicã Eccleſiam*, expreſsè contineantur: quod quidẽ Symbolum cùm Auguſtana confeſſio nunquàm non receperit, ſatìs ego mira-

Eccleſiaſtes Ratiſponen.

mirari non possum, istum tam stre nuum eius confessionis ꝓpugnatorem, *Vnam, Catholicam & Apostolicam*, tam audacter reijcere nō dubitare. Sed de hoc aliàs. Nam Deo benè fauente, ad illius argumenta non contumelijs & conuicijs iactandis, vt apud hæreticos in more positum est, sed ex ipsis scripturæ diuinæ fundamentis, & germano Catholicoque eiusdem intellectu, tempore opportuno eum in modum respondebitur, vt vnusquilibet, atque adeò etiam ipsusmet, modò ne planè occalluerit & obstinatus sit, perspicere & vel manibus palpare queat, ipsius doctrinam non Catholicam, sed diabolicam, ac planè fallaciosam hæresin esse.

Cùm verò quispiã eiusmodi pro-

fert scripturę interpretationem, quæ non sit Catholica, id est, ab Apostolis & eorum discipulis initiò sic tradita, neq; vbiquè recepta, & sinè cessatione vel intermissione vsque in præsens tempus concorditer retēta & vsurpata: iam itidèm certi esse debemus, eam exitiosam & virulentam hęresin, prauamque doctrinam esse, etiamsi illius assertor & propugnator eam pro Dei verbo, pro syncero ac puro Euangelio venditet & proclamet, & vel milliès blateret atq; crepitet, Scriptum est enim his atque illis locis. Fit enim totum hoc in nostrî duntaxat tentationē, vtrùm in Dei Catholica Ecclesia, & agnita Euangelij veritate constantes perseuerare velimus, néc ne. Ità nanque etiam deterrimus satan in hodi-

hodierno Euangelio ipſum Dominum Chriſtum proferēdis ſcripturis eò permouerę inſtituit, vt è pinnaculo templi ſe deorsùm mitteret. Atque hęc altera fuit maligni dęmonis, qua Chriſtum appetijt, tentatio, vbì ſimul etiam diximus, vt Chriſtus illi ſe oppoſuerit, & vt nos etiam adminiſtris illius, hæreticis concionatoribus eundem in modum ab illis appetiti, iuxta Seruatoris exemplum reſiſtere, eosq́; ſuperare debeamus. Iam porrò etiā de tertia tentatione pauca dicturi ſumus.

Tertiò igitur, nōdùm cedere, nequedùm in pedes ſe cōijcere vult ſatan, tametſi iàm abūdè victus, & ignominia notatus: ſed vt textus habet Euangelij, *III. Tentatio ſatanæ contra Chriſtum.*

Iterùm aſſumpſit eum Diabolus in

montem excelſum valdè, & oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, & dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.

Proh cœnum ſpurciſſimum, execrabilis & maledicte dęmon: ecquiſnam ad id amentiæ ſe deuolui ſinat, te vt adorare ſuſtineat? Non poſſit ille non planè perditus, deploratus & nihili eſſe homuncio, qui id facere velit. Et tamen eccè malignus iſte, & ſerpens veteratorius, Chriſtum Dominum ac Seruatorem noſtrum eò prouocare nõn dubitat. Neq; tamen ille duntaxat id temporis Dominum hac de re ſolicitauit: ſed in hodiernum vſq; eius ſatellites nihil aliud agũt, quàm quòd expetunt à nobis, vt corã eis cadentes, ipſos adoremus. Quî tandèm hoc, inquis? Neq; tamen

men vllum vnquàm concionatorem mihi audire contigit, qui se vellet adorari. Atquì verò sic planè se res habet, non aliter: adorari illi volunt. Cùm enim à nobis exigere non dubitent, quantunuìs insolens, peregrinũ, prodigiosum dogma confingãt, vt citra vllam contradictionem summa cum reuerentia & summissione illud haud secùs atquè purum putũ Dei verbum, atquè sacrosanctum Euangelium, atquè doctrinam propheticis Apostolicisque scriptis consentaneam, amplectamur, & sinè vlla contradictione pro tali habeamus: si quidem hoc non est expetere & postulare, vt cadentes, ipsos adoremus, equidem quid sit Idololatria, me nescire confiteor.

D. Hieronymus scribens in hæc *Hieronymus in 2. cap. Esa.*

 Esaiæ

Esaię verba, Et repleta est terra eius idolis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum: & incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ità ait, Possumus & hoc dicere, quòd omne dogma contrarium veritati, adoret opera manuum suarum.

Dij alieni in Scripturis quid significent.

Vincentius Lirinensis, cuius suprà meminimus, scribit hunc in modum: Noua dogmata vetus Testamentũ allegorico sermone deos alienos appellare consueuit, eô quòd scilicet ità ab hæreticis ipsorum opiniones, sicut à gentilibus dij sui obseruentur. Scribit ergò in Deuteronomio beatus Moises: Si surrexerit, inquit, in medio tuî ꝓpheta, aut qui somnium vidisse se dicat: & prædixerit signum atque portẽtum, & euenerit quod locu-

Deut. 13.

tus

tus eſt:& dixerit tibi, Eamus & ſe-
quamur deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris, quia tentat vos DOMINVS DEus veſter, vt palàm fiat, vtrùm diligatis eum an non in toto corde & in tota anima veſtra.

Hæc verba de dijs alienis exponens idem Vincentius Lirinenſis, Qui ſunt, inquit, dij alieni, niſi errores extranei quos ignorabas? id eſt, noui & inauditi, quos propterеà prædicari permittit DEVS, vt noſtram in charitate conſtantiam, & quàm ſalutiferæ Catholicę doctrinę adhæreamus, probet. Vndè & Apoſtolus dicit: Oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant. 1. Cor. 11.

Atquì hìc non multa probatione

ne & fusiori declaratione opùs est, qua planũ fiat, nouos istos Euangelicos prophetas om̃es, quocunque demùm vocẽtur nomine, sua phantastica & fanatica somnia & priuatas opiniones nõ alio quàm verbi Dei loco & haberi & adorari velle. Res proh dolor plùs satìs in aperto est: certa id docet experientia: scripta eorum, quibus conuinci possint, extant. Verùm ego breuitatis studio vnicum protulisse exemplum sat habebo.

Philip. in Annotat. in 11. cap. ad Rom.

Philippus Melanchthon nouorum Euangelicorum Antesignanus & coryphęus, cùm se primùm ab Catholicæ Ecclesiæ vnitate separâsset, docere ausus est, in Dei Ecclesia non nisi duo esse Sacramenta. Eam doctrinam tum permulti pro sacrosancto Euangelio,

pro

pro puro ac ſyncero Dei verbo amplexi ſunt, & coram illo cadentes adorauerunt: & ſi quiſpiam id facere noluiſſet, haud commodè ſanè acceptus fuiſſet. At non longè pòſt alius illum afflauit ſpiritus, cuius inſtinctu docuit, tria eſſe in Eccleſia Sacramenta: nec defuerũt qui mox in genua procumberent, & eam itidèm doctrinam haud aliter atquè ipſum ſacroſanctũ Euangelium complecterentur. Sed neque in hac ſententia diù ille perſtitit, ſed rursùs alia hauſta opinione, affirmauit quatuor eſſe Eccleſiæ Sacramenta. Et hoc quoquè, perindè vt ſuperiora duo, non alio quàm verbi Dei & Euangelij loco receptum eſt. An non verò iſthuc eſt idololatriam exercere, hominẽ vnum tanto in precio habere, tantamque

In 2. editione Locor. Commun.

In Poſtrema Editione Locor. Commun.

tamque illi authoritatem tribuere, vt quicquid dicat vel doceat, qualequale illud ſit, hodiè candidum, cràs atrum, incunctanter pro Dei verbo & Euãgelio ducere & complexari?

Quandò verò noui iſti Euangelici prophetæ nō in hoc vno duntaxat, ſed in omnibus ferè Chriſtianæ fidei capitibus ſecùm ipſi pugnant & pugnantia hactenùs docuêre, atq; in dies docere non ceſſant: quô tamen immanem hanc abominationem & tam horrenda vulnera fuco quodam obducant, nè vulgus hominum, maximè autem nè Principes & Magnates ea animaduertant, eodem omninò artificio vtuntur, quod improbus ſatan in hodierno certamine contra Dominum Seruatorem adhibuit,

buit, Hæc omnia, inquiẽs, tibi dabo, si cadens adoraueris me. Sic eñ etiam impostores isti Prędicantes aiunt: En tot pręclara & insignia collegia seu fundationes, tot amplissima Cœnobia & Ecclesię, quę quidem omnia tibi dabimus, modò nos pro Apostolis, doctrinamq́; nostram pro Euangelio & Dei verbo amplecti & habere velis. Sed hîc iubet Plato quiescere. *Nota fraudē.*

Vt ergò in hodierno Euangelio malignus satan Christo Domino, ità hodieq́; eius administri nobis persuadere moliuntur, vt coram illis prostrati, ipsos adoremus. Sed quemadmodùm à Christo repulsus est satan, sic nos quoquè eius satellites, nouos dogmatistas & prædicantes repellere debemus, sicq́ue illi proculdubiò operam se lusisse com-

comperient. Dicendum est ergò eiusmodi prophetæ: Apage te à conspectu meo pseudopropheta, lupe rapax. Scriptum est enim, DOminum Deum tuum adorabis &c. Cur igitur erga illum Dominum & Creatorem meum infidelitatis ac perfidiæ scelere me obstringere velim, vt præter illum te mihi idolum constituam? Longè hoc in omne æuum à me abesse velit pro immensa bonitate sua pater ille cælestis, qui me iussit audire Ecclesiam dilectam sponsam suam, addiditque; quisquis eam non audiêrit, eum mihi esse debere tanquàm ethnicum & publicanum. In hac ego, quandoquidem gubernatorẽ suî habet Spiritumsanctum, permanere constitui: neque enim fieri potest vt in errorẽ labatur: cùm tamen

Deut. 6.

Matt. 18.

tamen alioquì nullus vſquã mortalium toto orbe terrarum extiterit tanta integritate, iuſtitia, ſanctitate præditus, vt non alicubì ſiue in hoc, ſiue in illud impegerit. At verò Eccleſia Dei Catholica errori ſubiacere non poteſt. Hac igitur ratione, Dilectiſſimi, ſi maligno dæmoni reſtiterimus, eiq́ue rectà obuiàm perrexerimus, nos ex illo palmam referemus, etiamſi longè in nos atrociùs incurrat, immanioresq́ue nobis morſus intentet: atq; vt ſtrenui & imperterriti milites, qui in pugna legitimè certauerimus, in illa die, quandò referet vnuſquiſq; propria corporis pro- 2. Cor. 5. ut geſſit, ſiue bonum, ſiue malum, perennium gaudiorum & nunquàm deſituræ beatitudinis præmia conſequemur.

Epilogus.

Audîstis ergò iam summatìm & compendiò in hac tota mea concione, dilectissimi, vt teterrimus cacodæmon Christum Dominum ac Seruatorem nostrum de tribus hodierno in Euangelio tentârit, de quibus etiam primos illos parentes nostros Adamum & Euam in Paradiso & tentârit & vicerit. At hac victoria minimè contentum illum salutis nostræ cruentissimũ hostem, etiam nobis illorum filijs & posteris perpetuò laqueos tẽdere & moliri insidias: potissimùm verò tentare nos per ministros suos hęreticos concionatores, possít ne eum in modũ, quo hodiè Christum, & longè antè primos progenitores nostros appetijt, ab Ecclesia Cathólica, & vera illa atque antiqua, Catholica & salutifera fide

in


in ſuas damnatas hæreſes & doctri nas nos abducere. Vt verò Chriſtus Dominus ac Seruator noſter in re quidem exigua, putà, vt ex lapidibus panes faceret, at tamẽ opportuno valdè tempore, cùm tam diuturno exacto ieiunio eſuriret, de gula ab illo tentatus, nec in minimo quidem illi ceſſit vlla ex parte: ità nos quoquè, dum eius ſatellites in rebus, quæ non maximi eſſe momenti videantur, ſed tamen carnali naturæ noſtræ plauſibiles ſint, nos à Catholica Eccleſia auocare moliũtur, nec tantillùm quidem eis obtemperare & cedere debere. Et quemadmodùm Chriſtus non ſibi paſſus eſt ab illo tentatore perſuaderi, vt è pinnaculo templi ſe deorsùm mitteret, tametſi ſcripturas allegaret ſatan & dice-

ret, Scriptum eſt enim: ſic etiã nos perpeti non debere, vt ſeductores dogmatiſtæ nobis perſuadeant, vt è ciuitate Dei, ſupra montem excelſum poſita, nos demittamus, id eſt, ab Dei Eccleſia neque in minimo, neque in maximo nos ſegregemus ac ſecedamus: nihil prorsùs hocipſo permoti, quòd perpetìm illi vociferantur, Scriptura ſcriptura, Euangelium Euangelium: nanq; ſcripturas quidem illis non deeſſe, ſed veram interpretationẽ non ſuppetere, vtpotè quæ non niſi in temporum & locorũ omnium, vbì Chriſti nomen & fidem homines profeſſi ſint, & etiãnùm profiteantur, concordia & conſonantia reperiatur. Tum quoquè vtì Chriſtus Dominus ſatanam adorare noluit, licèt omnia mundi regna,

regna, quæ tamē illius non erant, offerentem: itidèm nos quoquè fallacium concionatorum doctrinas, quas illi Dei verbum & syncerum Euangelium iactitant, modò nobis vlla sit salutis nostræ cura, neutiquā adorare: sed potiùs corporum, facultatum, sanguinis, & eorum omnium, quę nobis in hac vita chara sint, iacturam facere debere, quàm ad eiusmodi horrendam idololatriam nos deduci patiamur. Postremò vbi nos in Ecclesia Catholica hoc pacto constanter permanserimus, & ad Christi exemplum nuncijs satanæ, hæreticis buccinatoribus, vt dictum est, restiterimus, haud secùs illos à nobis atquè hodiè pater eorū à Christo discessit, nunquàm non re infecta cum dedecore, ludibrio &

ignominia recessuros: nos verò, queẽadmodùm in hodierno Euangelio Christus, Angelicos spiritus nobis ministrantes habituros in gaudijs æternis & perenni beatitudine. Id quod nobis præstare dignetur Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritussanctus, Amen.

LECTORI CANDIDO SALVTEM.



Concio hæc, lector amice, partìm quidem mihi habita est Ingolstadij *Dominica prima Quadragesimæ, Anno hoc* LXII. *in mea* D. Mauricij *parœcia, partìm verò pro meipso hinc indè ex* S. Patribus *&* Ecclesiæ *Doctoribus,* Augustino, Chrysostomo, Vincentio Lirinensi, *& id genus alijs, atque illis etiam, qui nostra tempestate Catholicam religionem aduersùm grassantes sectas sibi tuendam sumpsêre, nempe,* Hosio, Cromero, Staphylo, *& cæt. quorum omnium haud ingratis ego me discipulum confiteor, collecta: neque id tamen eo consilio, quòd hoc tempore, & tam celeriter prælo committi deberet. Cùm enim materia huius concionis fusiùs mihi pertractata sit, poterat secundùm tres tentationes etiam in tres vel plures Conciones distribui. Atquì verò cùm honestus quidam, & probus atque* Catholicus *vir,* Concio-

Concionẽ hanc ista ratione à me congestã, Typographis nostris vtriq; Vueissenhornio, me insciente, obtulisset, & ab ijs libẽter accepta, & typis excudi cœpta esset, vbi id ego posteà percepi, in Dei *nomine ipse quoquè vt excuderetur assensi.* Ne*que enim me vnquàm* Catholic*æ religionis pudet, vt ì nec pudere debet: eamq́; ego coram quibuscunque palàm absque vlla trepidatione vel tergiuersatiõe confiteor, gratias etiam vberes & ingentes omni cum summißione agens* Deo *cælesti patri meo, quòd me ex hæreseos cœno, cui ego aliquãdiù proh dolor vltra aures immersus fui, tam clementer extraxit: simulq́; rogans, vt me deincèps quoquè intra vnicam hanc caulam, id est,* Catholicam Ecclesiam, *extra quam nulli neq; salus neque beatitudo potest contingere, vnà cum alijs orthodoxis* Christianis, *quaquauersùm toto terrarum orbe diffusis, in supremum vsque vitæ diem, propitius conseruare velit,* Amen. *Quandò verò, humanißime* Lector, *fieri vix potuit, vt in tanta festinatione, tamq́; angustis temporis spatijs omnia ità, vt par erat, exactè corrigerẽtur: vndè quoquè id accidisse necessè est, vt alicubì inter excudendum dictiones aliæ pro alijs positæ sint, atque id genus alia vitia inciderint: equidem peramicè rogatũ te velim, si qua eiusmodi errata qualiacũq; demùm sint, se tibi obtulerint, vt ea non tam incuriæ, quàm properantiæ imputanda putes: hæcq́; inpræsens boni consulas, donec habita opportunitate, emaculatiora dare liceat.* Meum *erit, tuam hanc erga me beneuolentiam apud præpotentem* Deum *sedulis precibus compensare.* Benè *vale.* Ingolstadij *22. Aprilis, Anno 1562.*

Martinus E*isengrein* Pastor *apud* D. Mauritium.

1. *Thess. 3.*
Propterea & ego ampliùs non sustinens, misi ad cognoscendũ fidem vestram, ne fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster.

FINIS.